

COVARRUBIAS, Francisco Alfonso

Incipit exhortatio valde utilis, et
salutaris ad omnes episcopos, et
sacerdotes Ecclesiae directa... /
auctore... Francisco Alfonso
Couarrubias... -- [S.l.] : Ex
Typographia Dominici Garcia & Morràs,
1650

[3], 44 [i.e. 46] h., []4, A-L4, M2 ;
4°

Domingo García y Morrás imprime en
Madrid. -- Port. con orla tip. -- Error
de fol., última h. mal numerada

1. Teología dogmática 2. Teologia
dogmatikoa I. Título

R-6372 Sig. ant.: A-22-3-52. -- Enc.
perg. -- Encuadernado con: Incipit
breuis tractatus pro instructione
Euangelici praedicatoris : in quo
continentur valdè salutiferae aquae ad
irrigandum Paradisum Domini, id est
Ecclesiam Christi, lignaque pomifera, id
est praedicatores eua[n]gelicos... /
auctore Magistro Francisco Alphonso
Couarrubias... -- Matriti : Ex
Typographia Dominici Garcia & Morràs,
1650

A-22-3-52

R-6372

INCIPIT EXHORTATIO

VALDE

VTILIS, ET SALVTARIS

AD OMNES EPISCOPOS, ET

SACERDOTES ECCLESIAE DIRECTA,

In qua si attentè legatur, & deuotè meditetur, legentis

animus illustratur, voluntas circa spiritualia inflam-

matur, & omnia hominis interiora timore replentur, &

tremore, propter magna myſteria, & ſalutaria ver-

ba, ac ſaluberrima conſilia, quæ in ea, vt le-

genti patebit, continentur.

A . D

D. D. ANTONIVM DE CONTRERAS, COLLEGII

Quetenſis olim inſignem Alumnum, Ordinis Calatravae Equi-

tem nobiliſſimum, in Conſilijs Caſtelle, & Camera digniſſi-

ſimum Conſiliarium, ac eandem Villæ Lacuna de Contre-

ras meritiffimum Dominum

DICATA

AVCTORE MAGISTRO FRANCISCO ALFON-

ſo Couarrubias, Diœceſis Burgenſis loci de Con-

treras Curato.


Anno



1650.

CVM LICENTIA

Ex Typographia Dominici Garcia & Morràs.



AL SEÑOR DON ANTONIO
de Contreras, Cauallero de la Orden de Calatraua, del Consejo, y Camara de su Magestad, y de su Real Hazienda, Colegial que fue del Colegio de Ouiedo en la Vniuersidad de Salamanca, y Señor de la Villa de Laguna de Contreras, &c.



LOS Discretos Autores que quieren sacar a luz sus obras, acostumbra[n] poner los ojos de la consideracion en alguna Insigne Persona, ò en el poder, ò en la sabiduria, ò en la virtud, y Nobleza, para que el tesoro de sus trabajos sea con su poder fauorecido, con su sabiduria enderezado, y con su virtud, y nobleza ilustrado. En la Dedicatoria deste tratado, Señor, todas estas cosas veo juntas, y acòmuladas en V. S. pues su valor, y poder estan conocido de todos, como lo es la suma prudencia, y sabiduria que en V. S. resplandece, en el puesto, y gouierno en que la Cesarea Magestad tan acertadamente le ha puesto, honrandole, y autorizandole V. S. como dize San Bernardo, con la grauedad de tan loables costumbres, con madurez
de

S. Bernar.

de tan acertados consejos, y manifestacion de tan honestas obras. La virtud, y nobleza de V. S. quien la puede ignorar? Pues en el lugar de Contreras, tan antiguo, como noble, entre las Ilustres prosapias de los antiguos, y nobles Couarrubias, de la qual se han originado tan eminentes varones, como fueron Don Fernando Alarcon de Couarrubias, a quien el Emperador llamaua señor, y le diò la guarda del Rey Francisco de Francia. Y el Ilustrissimo señor Presidente de Castilla Don Diego de Couarrubias. Y Don Francisco Alarcon de Couarrubias, Obispo que al presente es de Pamplona. De los heroycos Diazes, y Peñas, tan zelosos de su patria. De los valerosos Capitanes Castillos, tan honrados de las Cesareas Magestades. De los insignes Castros, y Otáñez, de cuya raiz ilustre se han originado los Morquechos, Arellanos, y Corrales. De los famosos Hortizos, y honrosos Gutierrez. Entre estas nobles familias, la prosapia ilustre de los Contreras ha campeado mas, como el oro entre los metales, y el carbunco entre las perlas; pues blason tan ilustre tuuo su principio, quando el noble Conde Fernan Gonçalez, auiendo conquistado el Castillo, y Torres de Carago (vencido Almançor) le salio a recibir, como triunfante, su madre la Condesa Doña Munia. Del contento, y gozo que tuuieron hijo, y madre, en el sitio donde se encontraron, fundaron un Pueblo, que antes

Esto se collige de las Historias antiguas, año 910.

tes se llamaua Cueuas Contrarias, y del sucesso se
nombrò Contreras. Dexaron en su presidio, y defen-
sa un Cauallero, llamado Fernan Sassa, pariente
muy cercano del mismo Conde, el qual desde entonces
se llamó Fernan Sassa de Contreras, que con otros
Caualleros acompañò al Conde en la conquista de Pe-
ñafiel, y Valde-Esgueua, y Campañas de Estremos
de Duero, que oy se llama Estremadura. Despues
conquistaron la Ciudad de Segouia, donde arraygò
dicho Fernan Sassa de Contreras muy rico, y bien
heredado, de cuya raiz tan noble, tan ilustre, y tan
nombrada se han originado tan ilustres Varones, que
por sus heroycos hechos, los Reyes de Castilla han
honrado, y premiado con dignidades supremas, entre
los quales harè memoria de Fernan Garcia de Con-
treras, a quien el Bienauenturado Patriarca Santo
Domingo diò el Patronazgo de la Capilla mayor del
Conuento que edificò en Segouia, intitulado Santa
Cruz, por el año de 1218. que conseruauan los su-
cesores en esta Casa, que el año de 1500. los señores
Reyes Catolicos le tomaron para sí, reedificando el
Conuento. Fernan Gonçalez de Contreras fue Maes-
tre-Sala del señor Rey Don Pedro, y està enterrado
en la Iglesia Parroquial de San Pablo desde el año
de 1372. Pedro Gonçalez de Contreras, Montero
mayor del señor Rey Don Enrique, Caualleros que
siruieron en las guerras, y en las Casas Reales. Don

Año 928.

Año 1218.


Año 1500.

Año 1372.

Juan de Contreras, Arçobispo de Toledo, y otros Prelados deste linage. Y Don Francisco de Contreras, Comendador mayor de Leon, Presidente de Castilla, y del Consejo de Estado. Y otros insignes varones, que por no ser molesto no refiero, por estas tan conocidas verdades. Yo me veo muy obligado a dedicar mi trabajo a V. S. y ponerle en sus liberales manos, para que con su poder sea favorecido, con su sabiduria dirigido, con su tan conocida nobleza, y virtud ilustrado. Es, Señor, una exortacion espiritual dirigida al Sacerdocio, donde se descriuen la alteza de la dignidad Sacerdotal, las obligaciones que nos corren a todos los Ministros de la Iglesia, la estrecha, y rigurosa cuenta que el Sumo Sacerdote, y Iuez Supremo Christo nos ha de tomar en el juicio particular. Va adornada con la doctrina mas selecta, y util de los Sagrados Doctores, causas, y razones devidas al gran zelo de las cosas del servicio de Dios que en V. S. resplandee, y a la estimacion suma que del estado Ecclesiastico siempre V. S. haze. Todo lo qual me promete feliz suceso, dignandose V. S. de mirarle. El cielo guarde a V. S. felizes años con los aumentos que merece essa Ilustre Persona, y desea este mas humilde Capellan, y seruo suyo, que su mano besa.

El Maestro Francisco Alonso
Couarrubias.

IN-



INCIPIIT EXHORTATIO VALDE UTILIS, ET SALUTARIS, ad omnes Episcopos, & Sacerdotes Ecclesie consecrata. In qua si attentè legatur, & deuotè meditetur, legentis animus illustratur, voluntas circa spiritualia inflàmatur, & omnia hominis interiora timore replentur, & tremore, propter magna mysteria, & salutaria verba, ac saluberrima consilia, quæ in ea, vt legenti patebit, continentur.



VDITE Me, Religiosissimi Patres, & si dignū ducitis, sanctissimi Fratres, audite me stirps Leuitica, germen Sacerdotale, propago sancta, duces, & rectores gregis Christi, audite me rogantem vos pariter, & timentem, & Ordinem Sacerdotalem demon-

S. Ambros. lib. de Sacerdot. dignitate, cap. 2.

strare volentem, ut cum vobis honoris
prærogatiua monstremus, merita etiam
congrua requiramus: dignum est enim,
ut dignitas Sacerdotalis prius noscatur a
nobis, & sic deinde seruetur a nobis, ut
Psalmographi sententia valeat a nobis
expelli, homo cum in honore esset non
intellexit, comparatus est iumentis, &
similis factus est illis. Vos autem, ut Bea-
tissimi Petri verbis utar, genus electum,
Regale Sacerdotium, gens sancta, popu-
lus acquisitionis, ut virtutes eius anuncie-
tis, qui vos de tenebris vocauit in admi-
rabile lumē suum. Vos autem genus ele-
ctum, non tam carnis, & sanguinis nobi-
litate, quàm morum claritate, & splen-
dore virtutum. Nam vos elegit Deus Sa-
cerdotes sibi, ad sacrificandum ei Hostiā
laudis. Regale Sacerdotium, quia poten-
tias animæ, & corporis sensus regere de-
betis secundum Dei legem, & rectæ di-
ctamē rationis. Verè Regis Magni estis,
si tentationum vestrarum motibus, non
consentiendo subcumbere, sed regendo
præ-

1. Petri 2.

*Venerabilis
Bed. lib. 3.
capit. 43. in
Lucam.*

*Venerabilis
Beda.*

præ-

præesse noueritis, quia elegit nos Deus *Psalm. 46.*
 hæreditatem suam speciem Iacob, quem
 dilexit. Has enim gentes, & populos re-
 gendos suscepistis ad Cœlestia Regna fi-
 naliter deducendos. Verè Reges Magni,
 quibus Rex Regum, & Dominus domi-
 nantium obedire decreuit, quibus etiam
 dæmones obediendo contremiscunt: Re *Greg. Na-*
 ges, qui Coronam portatis gloriosiore, *ziancenus.*
 & sublimiorem, Coronis Regū, & Scep-
 tris: propter hoc enim Beatissimus Ioan- *Apocal. 1.*
 nes Sacerdos, & Pontifex, gratias Deo
 referens, dicebat. Fecisti nos Deo nostro
 Regnum, & Sacerdotes, & regnabimus
 super terram quia, vt quidam sanctorum
 ait, imperium nos gerimus, multo etiam
 præstantius, & excellentius Regno terre-
 no. Gens sancta, hoc est, Deo dicata, se *Ad Hebra.*
 gregati ab hominibus, & pro hominibus *5.*
 constituti in ijs, quæ ad Deum sunt. Po-
 pulus acquisitionis, sibi acquisitus, sibi re-
 seruatus, nam ero eorum Deus, & ipsi po-
 pulus meus. Vos pars Domini, & Domi- *Psalm. 135.*
 nus pars hæreditatis vestræ. O felices!

Exortatio

quibus funes ceciderunt in præclaris, et enim glorianter potestis dicere, hæreditas mea præclara est mihi. Audite ergo me, quia de rebus magnis locuturus sum ad magnos magna, licet minus, & indignus, locuturus sum, inclinate aurem vestram in verba oris mei, quia os meum loquetur sapientiam, & cogitatio cordis mei prudentiam. Prudentiam, inquam, quæ in cauendis malis, fugiendis periculis, omnium Sanctorum sententia consistit: non enim os meum loquetur opera hominum, sed misericordias Domini in æternum cantabo; misericordias enim, & miserationes eius, quas nos ad Sacerdotalis apicem dignitatis eleuando nobis cum fecit os meum loquetur sapientiam, non sapientiam carnis, quæ inimica est Deo, quia voluptatem docet, non sapientiam mundi, quæ stultitia est apud Deum, quia vanitatem præferet; sed sapientiam, quæ desursum est, descendens a Patre luminum, id est, Angelorum, sapientiam enim illam demonstrare conabor,

bor, de qua scriptum est. Beatus homo qui inuenit sapientiam, quæ, teste Bernar- do, consistit in penitudine peccatorum præteritorum, in contemptu presentium commodorum, in desiderio futurorum bonorum inuenisti planè sapientiam, si prioris vitæ peccata defleas, si huius vitæ desiderabilia parui pendas, si æternâ beatitudinem toto desiderio concupiscas. Hanc beatissimi Patres amplecti, hanc charissimi fratres accipere licet, per fistulam æream vos, qui auro, & virtutum gemmis fulgetis, enixe obsecro non dedignemini: & quia vos intentos video, incipiam dicere.

*Proverb. 3.
S. Bernar.
explicans
illa verba.*

Attendite vobis, & gregi, in quo vos posuit Spiritus Sanctus regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo. Hæc sunt verba, quæ tractanda suscepi, omnibus nobis semper cogitanda, semper meditanda, verba in quibus vera, & summa sapientia clauditur, & perfecta prudentia exactissimè continetur. Verba, inquam, diuinis plena misterijs, & monitis

Actor. 2.

Exortatio

refecta salutis. Verba sunt Doctoris gentium, quæ Spiritus Sanctus in eius ore posuit, & ad nostram doctrinam scripta reliquit. Sed antequam eorū Sacramenta aperiamus notetis velim, quod Sanctus Bernardus in laudem verborū Sancti Pauli diuinitus expendit, dicens: Solet Apostolus, in verbis esse breuis, copiosus autem in sententijs, tam signanter omnia depromit, & sic intonat spiritu, & virtute, vt in serie ordinem, in sensu plenitudinem, in vtroque connexionem mirabiliter ostendat. Et si in alijs Pauli verbis hæc omnia reperiuntur, in istis verò litterarum series, sensus plenitudo, & amborum connexio mirabiliter commendantur. Attendite, ait, vobis, & gregi. Primum vobis, deinde gregi: habenda est enim ratio salutis propriæ his, qui procurant negotium salutis alienæ: castigatis moribus nos decet viuere; quibus credita est cura moralis disciplinæ: a se debent incipere, quos primum oportet pro se rationem reddere: nam vt Gregorius ait,

*S. Bernar.
elegant.*

S. Chrysol.

S. Gregor.

non

non benè maculam in alio videt oculus, quem pulvis grauat, nec sordes tergere valet manus, quæ lutum tenet. Attendite, ne vobis dicatur, medice cura te ipsum. Prius, ait Chrysologus, sanare proprias debet, qui alienas infirmitates curare festinat. Attendite ergo, quid estis, secundum functionem iniunctæ legationis? Quid secundum potestatem acceptæ dignitatis? Quid secundum vilitatem debitæ seruitutis? Quid secundum naturam infimæ conditionis? Attendite, quid estis super alios? Quid propter alios? Quid supra alios? Quid infra alios? Quid cum alijs? Hæc sunt verba, quæ distinctè, & valdè attentè sunt ponderanda.

*Valduin. de
uotè, & ele
ganter.*

Attendite quid estis super alios.

QUIA Superiores, & eminentiores veteris Testamēti Patribus, & Sacerdotibus. Illi enim occidebāt boues, oues, agnos, & hircos, & istorum carnes lababant, ignemque accendebāt, ad

*Per totum
Leuiticum.*

Exortatio

ad sacrificia cremanda. Quid hoc ad sacrificium vestrum? vos enim virtute verborum, panem in Christi carnem, & vinum in sanguinem consecratis, tangitis, comeditis, & alijs accipienda offertis.

S. Leo Papa serm. 8. de Passione Domini.

Nunc enim, vt Leo ait, carnalium sacrificiorum varietate cessante, omnes differentias Hostiarum, vna corporis, & sanguinis Christi implet oblatio, & postquã Christus est in patibulo passus, & Crucem suo decorauit in sanguine, Crux est omnium fons benedictionum, cunctarum est causa gratiarum. Iam enim, & ordo est clarior Leuitatũ, & dignitas est amplior Seniorum, & sacratior est vnctio

Eccles. 45.

Sacerdotum. Vos enim, vt scriptum est, elegit ex omni viuente, offerre sacrificium Deo, & placare pro populo suo.

Magna sanctitas, magna huius mysterij consideratio in Sacerdotibus requiritur, & iugiter recordare debent, illius verbi

Ioann. 13.

Christi Iesu, postquam Apostolos ordinauit: Scitis quid fecerim vobis. Verbum potius meditandum, & multoties con-

templandum, quam dignè exponēdum.

Timeamus, ne illud dicatur de nobis, si- *1. Reg. 2.*

lij Eli, filij Belial, nescientes Dñm, neq;

oficium Sacerdotale. Attendite, quod

ministerium vestrum excellentius est, &

sublimius Ioannis Baptistæ ministerio. *Luc. 1.*

Ille enim venit in testimonium parare

Domino plebem perfectam, ad dandam

scientiam salutis plebi eius, sciētiam sa-

lutis, non salutem, notavit Bernardus;

hoc enim ministerium perfectè, & fide-

liter adimplevit, Christum digito demō-

strando, dicens: Ecce agnus Dei, ecce qui

tollit peccata mundi: Agnus Dei in Ara

Crucis pro mundi Redēptione immolā-

ndus, sed nostrum ministerium, multo ma-

ius est, & excellentius, quia non solum

paramus plebem in Sacramentis exhor-

tando, sicut Baptista baptizando, qui

Baptismus erat, quid Sacramentale, non

Sacramētum, nec gratiam causabat, sed

præsignabat. Sed Baptismus, qui per no-

strum ministerium perficitur, confert

gratiam, tollit peccatum originale in

Luc. 1.

Gles.

S. Thom.

S. Thom. 3.

part. 1. q. 1.

38. art. 3.

Exortatio

paruulis, in adultis originale, & omnia actualia non fictè accedentibus, & poenitentiae Sacramentum, quod ministramus efficaciter, & propria virtute instrumentali causat gratiam: tollit omnia peccata, & ex atrito poenitens fit contritus. Sic enim perfectius, & mirabilius paramus

Luc. I.

Domino plebem perfectam. Aliud Baptistæ ministerium fuit in Iordane Christum baptizare, cum magna humilitate, & reuerentia indignum se recognoscens, tanti mysterij ministerium, sed semel tantum verticē capitis Angelorum tetigit (privilegium quidem soli Baptistæ ante secula præsignatum) sed Sacerdotes temporis gratiæ, non semel tangunt caput Christi, sed quotidie tangunt totum eius Corpus, illud consecrando, & suis pectoribus incorporando. Mirabile quidem minimè Baptistæ concessum, sed misericorditer ad solos novi testamenti Sacerdotes reservatum. Quis loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudes eius? Confiteantur tibi Domine omnia

Psal. 106

ope-

opera tua, & Sancti tui benedicant tibi. Utinam gloriosum Baptistam noui testamenti Sacerdotes imitemur, in cœlesti conuersatione, in asperitate vitæ, in rigore disciplinæ, in cœlo gloriæ Domini, in feruore dilectionis Dei, & proximi. In cœlesti contemplatione, Dei mirabilia scrutâdo in rigore disciplinæ carnes nostras timore Dei cōfigendo, in cœlo gloriæ Dei peccatores acriter arguendo, in feruore dilectionis Dei, illum semper amando, semper laudando, qui tales ac tantas miserationes nobiscum fecit. *S. Bernar.*

Neque est in Militante Ecclesia, nec Triumphante tam excelsum aliquid, cui valeat nostrum ministerium comparari, sicut Beatissimæ Virgini Mariæ, quæ omnium Sanctorū, & Angelorum merita transcendit, & per suas virtutes, & gratias ad quandam quasi æqualitatem diuinam vehementer appropinquauit. *S. Dionis.*

Si enim attentè contemplamur, videbimus nostrum ministerium similitimum esse Reginae cœlorum ministerio, ipsa

Exortatio

S. August. enim fuit, quæ intra intemerata viscera
sua, filium Patris vnicum, semel hospita-
Luc. 1. uit, hoc certè Sacerdotes quotidie facere
noscantur. Illa octo verba dicendo, ecce
ancilla Domini fiat mihi secundum ver-
Sapient. 10 bum tuum, splendorem Sanctorum, a Re-
galibus sedibus, descendere fecit, & intra
virginea viscera recepit. Hoc idem Sa-
cerdos quatuor tantum verba dicendo
operatur, & in suis sacratis manibus po-
nitur, & in suis visceribus clauditur. De
S. August. primo mysterio Sanctus Ambrosius, &
Ambr. Augustinus mirabantur, dicentes: tu ad
liberandum suscepturus hominem non
horruisti Virginis vterum. Res prorsus
miranda! Quod Rex infinitæ Maiesta-
Cantic. 4. tis infra vterum Virginis pauperculæ
claudatur, sed multo mirabilius est, quod
in nostro ministerio inuenitur. Quia si
Rex Maiestatis vètris Virginis arca clau-
sus est, illa, & si mulier, erat virgo purissi-
ma, tota pulchra, nec macula originalis,
nec actualis erat in ea; & si ex hominibus
progenita, Angelorum merita longè, la-
tèquè superabat, & si ex natura carnis

pro-

propagata, splēdidior Sole, & Stellis micantior rutilabat, sed quod Christus in trono Maieftatis fedens, descendat in corda, & viscera Sacerdotis miseri, & multis imperfectionibus obnoxij, hoc est mirabile magnum, & tota admiratione dignum.

Et in hac comparatione, si profundè misterium rimetur, inueniuntur aliquæ excellentiæ maiores, & circumstantiæ, quā in misterio Incarnationis, quia Virgo benedicta in suis verbis non fuit causa realis, & efficiens, & si aliquando meritoria, vt Dei filius naturam assumeret humanam, sed Sacerdos est causa realis, & efficiens, tanquam Christi instrumentum, vt ipse Christus assistat in Sacramento Altaris, sub panis speciebus, & vini. In Virgine descēdēdo stetit paruulus, in Sacerdote adstat magnus, vt ad Patris dexteram sedet. In utero Virginis, passibilis, & mortalis; in pectore vero Sacerdotis gloriosus, impassibilis, & immortalis, ibi semel descendit, hic multoties, ibi recipiebat alimentum a sanguine Virgini-

*S. Tho. &
Magist. Sē
tent.*

*Fides Or
thodoxa.*

nis,

Exortatio

nis, hic præbet alimentum corpori, & animæ Sacerdotis. Ibi recepit à Virgine humanitatem, hic communicat Sacerdoti diuinitatem, & humanitatem. Ibi conuertens carnẽ ex purissimo sanguine Virginis formatam, in suam carnem, hic commiscens suam carnem, & sanguinẽ, cum carne Sacerdotis, & sanguine, sicut cibus cum comedente. Ita mirabiliter, vt ex Christi corpore, & ex corpore Sacerdotis vnum fiat, non voluntatũ vnione, vt aliqui periculosẽ senserunt, sed vere, & realiter, vt ipse Christus dicit, qui manducat meam carnem, in me manet, & ego in eo. Sed aduerte, quod ex Christi carne, & sanguine, cum nostra carne, & sanguine, nõ fit aliqua vnio realis, & essentialis, quia nec est possibilis, nec conueniens (quia corpus Christi, licet, sit eiusdem nostræ naturæ, est tamen alterius gloriæ) sed dicitur esse vnum cū nobis dignè recipientibus, sicut dicimus ferrum accensum esse ignem. Non quia est realiter, & essentialiter ignis, sed quia
ita

Ioann. 6.

S. Gregor.

Exemplum

ita intense suas qualitates, & virtutes ferro communicat, scilicet, splendorem, calorem, & ardorem, vt in sua similitudine appareat ignis, & operetur, ac si ignis esset. Similiter caro Christi, & sanguis operantur in bene recipiente, mirabiles virtutes, & qualitates, irascibilem frenando, concupiscibilem temperando: & cæteras mitigando passiones, ad immortalitatē hominem disponendo, & ira sibi intense vniendo, vt nostra caro Christi carni assimiletur, ita vt per istam vnionem vnum dicatur, vt ipse ait: ipse est in me, & ego in eo, & ex hoc prouenit, quod nō solum anima recipit qualitates spirituales gratiæ, & charitatis, cum cæteris virtutibus, & donis, sed recipit suauitatem, & spiritualem dulcedinem, quæ est huius Sacramenti propria, & in suo fonte gustatur, sed caro digne recipientis, secundum suam dispositionem participat qualitates, & conditiones corporis Christi, scilicet, puritatem, castitatem, refrigerium, temperantiam, mitigantes sensua-

*S. Thomas.**S. Thom. 3.
par. quæst.
79. art. 4.
c. 5.*

lita-

Exortatio

litatis ardores, & hæc unio non solum fit per contactum corporis Christi mediantibus speciebus Sacramentalibus (qui contactus est communis, bonis, & malis) sed fit per gratiam, & virtutem, quæ caro Christi communicat dignè sumentibus, & ideo dicitur nos in ipsum conuerti, & ipsum in nobis manere. Ut verè dicamus iam corpus eius corpori meo, sociatum est, & sanguis eius ornauit genas meas, & erunt duo in carne vna, itaque iam non sunt duo, sed vna caro.

Quod Sacramentum, vt ait Sanctus Paulus, inuenitur in Christo, & membris eius, dicens: Sacramentum hoc magnum est; ego autem dico in Christo, & in Ecclesia. Et veraciter possumus dicere membra sumus corporis eius, de membris, & ossibus eius. Quis audiuit vnquã tale? Si nostrum ministerium, fratres, tam simile est ministerio Virginis Mariæ, quam similes esse debemus ei, in puritate animi, in corporis castitate, in humilitate cordis, & in rerum cœlestium

*In vita S.
Agnetis.*

*Ad Ephes.
5.*

S. Bernar.

Ad Sacerdotium.

9

contemplatione. Sicut Sanctus Augustinus nobiscum loquens, ait: O Sacerdotes, si anima iusti sedes est sapientiæ, multo magis vos, sedes, & templum esse debetis mundum, & immaculatum. Si sepulchrum eius gloriosum est, in quo corpus eius iacuit exanime, multo gloriosiora, & digniora debent esse corpora vestra, quæ a morte suscitatus quotidie inhabitare dignatur. Si Beatus est venter qui nouem mensibus Christum portauit, quam beata debent esse corda vestra, in quibus hospitium quotidie eligit Dei filius. Si beata sunt vbera, quæ paruulus suxit, quam beatum debet esse os, quod carnem eius sumit, & sanguinem bibit. Carnes ergo vestras cum timore configite, & diligenter vobis prouidete, ne lingua, quæ vocat de cælo filium Dei, contra ipsum Dominum loquatur, & manus, quæ intinguntur sanguine Christi, sanguine peccatorum polluantur. Attendite ergo, quod dignitas vestra, & ministerium, quod suscepistis super veteris testa-

*S. August.
serm. 37. ad
fratres in-
eramo.*

G

men-

Exortatio

menti Sanctissimos Patres esse probatur.

Quod Sacerdotes debent esse Angeli in quatuor rebus.

Valuin. **A**ttendite etiam, quid estis propter
2. Cor. 5. alios, Angeli pacis estis, in quibus
Deus posuit verbum reconciliationis,
vt cū Apostolo dicere possitis, pro Christi
legatione fungimur, tanquam Deo
exortante per nos, obsecramus pro Christi
loco, id est, loco Christi recōciliari Deo. Si
Ad Ephes. 3 Angeli estis, in cœlis sit conuersatio vestra,
& cogitatio vestra, apud Altissimū,
Sapient. 5. & meditatio cordis vestri sit in cōspectu
Dei sēper, nō in carne, & mūdi curis, sed
in spiritu, sicut administratorij spiritus in
Psal. 18. ministeriū missi, propter eos, qui hereditatē
capiūt salutis. Missi à Deo, qui facit
1. Hebr. 1. Angelos suos spiritus, & Ministros suos
Psal. 103 ignem vrentem. Spiritus, quia spirituales
esse debetis iugiter diuina, & cœlestia
contemplantes: ignem vrentem, quia in
Dei

Dei amore, & proximi salute spiritu fer-
uentes. Vnde vos discipulorum corda,
& animas subditorum illuminare debe-
tis, vt calore igniti eloquij pariter ar-
deant, & à calore eius non se abscondāt.
Angeli ergo estis terræ, ideo Angelis cœ-
li assimilari debetis, vt Sāctus Dionisius
docet, in sapientia, in castitate, in myste-
riorum Dei annuntiatione, & in homi-
num custodia.

*Dion. Car-
thus. in sp̄.
Sacerdot.*

*Quod Sacerdotes debent esse similes Ange-
lis in Sapientia.*

PRimò, debetis Angelis assimilari in
Sapientia, sicut scriptum est, labia
Sacerdotis custodient scientiam, &
legem de ore eius requirent, quia Ange-
lus Domini exercituum est, vbi Sanctus
Bernardus sic dicit: labia Sacerdotis sciē-
tiam custodient, non nugas, & verba va-
na: nam nugæ in ore secularis nugæ sunt,
in ore autē Sacerdotis blasphemix. Con-
secratum est os Sacerdotis Euangelio, ta-

Malach. 2.

S. Bernar.

Exortatio

libus aperire illicitum, assuescere sacrilegium. Sacerdos verè Angelus Dei dicitur, ait Sanctus Hieronymus, quia Dei, & hominum sequester est, eiusque ad populum annuntiat voluntatem. Ideo in Sacerdotis pectore erat Rationale, & in Rationali doctrina, & veritas, ut discamus Sacerdotem doctum esse debere, & præconem Dominicæ veritatis. Ad Sacerdotis pertinet disciplinam, interrogatum respondere de lege. Si autem Sacerdos ignorantiam Sanctarum Scripturarum obtunderit, frustra iactat dignitatem, cuius opera non exhibet. Ad Sacerdotem pertinet non solum legem scire, sed ad interrogata respondere: legem requirit, ait scriptura, videlicet seculares ex rigore iustitiæ ex ore Sacerdotis.

Exod. 28.

*S. Hieron.
super Malach.
lach.*

Ad Hebr. 9

In Arca Testamenti erant tabulæ legis diuinæ. Quid est Arca Testamenti? ait Sanctus Gregorius, nisi Sacerdotale cor, in quo quia spiritualis doctrina vigere debet, procul dubiò, tabulæ legis iacent.

S. Gregor.

In peccatis Regis, & Principum addi-

didit lex, si peccauerit per ignorantiam,
in peccatis verò Sacerdotes tacetur.

Quia, vt eleganter Origenes notauit, ne- *Origen. su-
per Leuitico.*
que enim ignorantia in eum cadere po-
terat, qui vt alios doceret prouectus est.

De nobis quidem scriptum est dedit *Psalms. 104.*
eis regiones gentium, & labores populo-
rum comederunt, vt custodiant iustifica-
tiones eius, & legem eius requirant, &
iterum voluntas eius in lege Domini, &
in lege eius meditabitur die, ac nocte.

Hoc quidē mysterium Spiritus Sanctus *Psalms. 111.*
in illis quatuor animalibus mysticè præ-
signauit (in quibus Sacerdotes designan-
tur) de quibus dicitur, quod habebant *Apocal. 4.*
alas sex, & plena erant oculis, ante, & re-
tro.

Alę sex, sunt lex naturalis, lex Moyfi, *Glos. ordin.
subtit.*
Prophetę, Euangelium, institutiones A-

postolorum, & Sanctorum Doctorum
doctrinę, per quas alas, Ecclesia alta pe-
tit, à quibus Sacerdotes, & Prædicatores,
totius prædicationis fundamentum ac-
cipere debēt. Plena oculis ante, & retro, *Glos.*
hoc est memores præteritorum pecca-

Exortatio

torum, & cauentes in futurum, vel habētes cognitionem de his, quæ Deus fecit, & factorus est in fine mundi, vel habentes notitiam noui, & veteris testamenti. Vel placentes Deo in puritate conscientia, & hominibus in sancta conuersatione. Vel quia simplices per litteram, perfectiores per alegoriam instruunt. Vel intus se ipsos mundos seruant, foris alios suo exemplo informant.

Gloss.

Sed vè nobis? Quia impletum videmus, quod Propheta ait: Non est veritas, non est misericordia, non est scientia Dei in terra. Non est veritas in secularibus, non est scientia sanctarum Scripturarū in Sacerdotibus, non est misericordia in vtrisque. Et iterum, dicit Propheta: contigit populus meus, quia non habuit scientiā. Tacet Sacerdos mirabilia Dei, haud annuntiando, quia non habet sanctę Scripturę notitiam.

Offic. 4.

Isai. 5.

Enixe enim curat diabolus, Scripturarum remedia à Sacerdotibus tollere, in quibus fabricantur arma contra eius

in.

insultus, vt scriptura refert. Porro faber ferrarius non inueniebatur in omni terra Israel; cauerant enim Philistæi, ne forte Hebræi facerent gladium, aut lanceã, quo se defenderēt (ait Interlinealis) dæmones, ait Lyra, student ad hoc, quod de terra Israel fabri tollantur, hoc est, Prædicatores, & Doctores, qui sunt fabricatores armorum spiritualium, qui contra tentationes dæmonum armant fideles suis sanctis exhortationibus. Hoc passim videtur in Ecclesia Dei, quia dæmones tedio lectionis Sacerdotes afficiunt, & a lectione Sanctæ Scripturæ Sanctorumque Doctorem interpositis mundi curis auocare nituntur. Nam diabolus per Hæreticos, per Paganos, per malos Christianos, studet prohibere, ne sint Doctores in Ecclesia, qui spiritualia arma faciant, & nobis ad pugnandum tribuant. Paganus prohibuerunt, ne Christiani liberalibus imbuerentur artibus. Hæretici quoque persuasserunt tyranis, vt Doctores in exilium pellerentur, vt desolatam plebem

*1. Reg. 13.**Lyra ibi.**Gloss. misti.*

Exortatio

bem facilius seducerēt. Nunc verò antiquus hostis ab instantia eruditionis Prælatos auertit, vt eos, & subditos facilius deprimere possit, quapropter curare debent, & attendere, quod Sanctus Paulus docet, dicens: Attēde lectioni, & exercitationi, lectioni Sāctę Scripture, & exercitationi Sanctorum Doctorum. Præcauentes ne in eis impleatur illud, quia scientiam repulisti, repellam te ne Sacerdotio fungaris. Etiam Holofernes aqueductum, fontis Bethulix intercidi fecit, vt filij Israel præ siti perirent, quod mystice subtiliter Glossa tangens, ait: doctrinam Euangelij, quam ex fonte viuo procedentem Doctores Spiritus Sancti gratia illuminati, per oris sui fistulam, in ciuitatem Ecclesix introducunt, hanc diabolus auferre procurat, vt populos spirituali indigentia occidat, vel aliter fontes sunt Christi Euangelia, factorumque Doctorū doctrina, de quibus dicitur haurietis aquas de fontibus Saluatoris, fistulæ per quas istę aquæ in Ecclesiam decurrunt, Sacerdo-

Nota.

Ad Timot.

2.

Judith. 7.

Glos. misti.

Auctor.

Isai. 12.

dotēs sunt, & Doctores, quas fistulas per-
 maximè diabolus interciderere conatur,
 vt fideles præfiti pereant, quia Deo per-
 mittente, & diabolo procurante, omnes,
 quę sua sunt, quęrunt non quę Iesu Chri-
 sti, quia ferè omnes dissipati sunt. Alij ad
 curandos honores, alij ad congregandas
 diuitias, alij ad sectandas delitias. Ti-
 meant ergo, & præcaueant illud Prophe-
 ticum, quia non habuerunt scientiam pe-
 rierunt propter suam insipientiam, pe-
 rierunt ipsi, & multos perire fecerunt,
 quia si cœcus cœcum ducit ambo in fo-
 ueam cadunt.

*Barus. 3i**Math. 6i*

*Debent Sacerdotes esse similes Angelis
 in puritate.*

Magna animi puritate, & corporis
 castitate Sacerdotes candescere
 debent, quia Authorem castitatis
 tangunt. Omnia vult munda (ait quidam
 Sanctorum) Christus puritatis Author,
 mūdā, & purissimā Matrem elegit,

*S. Thomi 2
 Villa-Nou.
 sermo. 3. de
 corpor. Chri
 sti.*

D

mun-

Exortatio

mundum discipulum præ ceteris dilexit, munda, & noua sindone involui voluit, in mundo sepulchro (in quo nullus vnquam positus) tumulatus est ab eis, qui sunt mundo corde videtur, & ab ijs, qui sunt mundo corpore possidentur.

S. Hieron. Contra illos, qui ad altaris ministerium immundi accedunt, insurgit Sanctus Hieronymus, dicens: Perfidus Iudæus, perfidus Christianus, ille de latere, iste de Calice sanguinem Christi fundit. Sanctus Ioseph mundis manibus corpus Domini baiulauit, iste vero polutis manibus, & quibus paulò ante corpus meretricis tractauit, salutē hominum tangit, & ore recipit, quo antea basia meretrici impressit. Repositum est illud corpus in sindone munda, & tumulo mundo; iste autem ore fetenti, & corpore immundo demergit eum, quem Angeli videre desiderant, & quem videndo æternas delectationes accipiunt.

S. Chrysoft.
in ritu Mis-
se Græca. Hoc etiam Chrysostronus: Sic reprehendit, nullus eorum qui carnalibus cu-

piditatibus, & voluptatibus est alligatus, dignus est à te accedere, & tibi ministrare. Rex gloriæ, tibi enim ministrare magnum est, & ipsis cælestibus potestatibus terribile.

Propterea insonat Apostolus nescitis quoniam corpora vestra tēplū sunt Spiritus Sācti, qui in vobis habitat? Nescitis, quia Templum Dei estis? Si quis Templum Dei violauerit, disperdet eum Dominus, hoc est, disperdet, diuersis supplicijs perdet, ait Anselmus, corpus vermibus tradendo ad corrodendum, & animā dæmonibus ad torquendum.

Audite quiddā mirabile, vt videatis, quantum Christus abhorret luxuriæ peccatum, omnia ferè peccata Christus in suo Collegio permisit præter luxurię peccatum. Permisit Thomæ incredulitatē, & aliorum duritiam in credēdo, permisit duorum fratrum ambitionē, quando alij decē indignati sunt. Iram permisit in alijs dicentibus: vis Dño ignis descendat de cælo cōtra Samaritano. Scilicet,

*2. Cor. 6.**S. Anselm.**Nota.**Ioann. 20.**Luc. 22.**Luc. 9.*

Exortatio

inuidiam sustinuit, quando Saluatori dixerunt: ecce inuenimus quendam demonia eijcientem, & non sequitur nos.

Ioan. 18.

Auaritiam permisisit, nā Iudas fur erat,

Luc. 22.

& loculos habebat, etiam Petri negationem portauit. Sordes autem luxuriæ, & carnis corruptionem minimè tolerauit.

Cantic. 18.

Ille flos campi, & lillium conualliū, qui pascitur inter lillia, id est, pura corda. Ideò Ioannem propter castitatis prærogatiuam præ cæteris, dilexit, tantum enim Christus hoc vitium abhorret.

Iob 31.

Quia ignis est, vsque ad consumatio-

Gregor. lib.

31. moralis

cap. 9.

nem consumens, & omnia eradicans gemina, id est, bonas animæ operationes, ignis inquam deuorans terram cum germine suo, id est, animam cum potentijs, vel conscientiam, cum virtutibus. Ignis quippè est, ait Gregorius, qui terrā eiusque nascentiam deuorat, quia libido carnem, & per hoc omnia benè acta consumit, & quicquid ex fruge rectitudinis cōsurgit, hoc concremat flamma corruptionis, & cum malo luxuriæ non resisti-

tur,

tur, illa proculdubio pereunt, quæ bona videbantur.

Tanta enim sunt damna, quæ ex peccato luxuriæ dimanere noscuntur. Defilio prodigo dicitur, dissipauit substantiam suam, viuendo luxuriosè: quamuis enim cætera peccata omnia consumant, præcipuè tamen libido consumit omnia bona, naturalia, temporalia, corporalia, spiritualia, & gratuita, vt Apostolus dicit, corporalia dissipat, qui fornicatur in corpus suum peccat, id est, in sui corporis consumptione. Dissipat naturalia, quia memoriam euetat, vt nihil spirituale possit reminisci. Rationem obnubilat, vt diuina non possit intelligere, Paulo clamante, animalis homo non percipit, quæ sunt Spiritus Dei, etiam bona gratuita. Vnde Chrysoſtomus ait: Nulla res, sic præcidit virtutem, sicut corporalis voluptas, dissipat temporalia, vt Spiritus Sanctus dicit, qui nutrit scortum perdit substantiam suam.

Ant. 151

1. Corint. 6

1. Corin. 2

S. Chrysoſt.

Prover. 29

Est enim luxuria ignis infernalis, cuius

Stella

ius

Exortatio

ius gula est materia, turpitude flamma,
immunditia cinis, infamia fumus, & fi-
nis tormentum.

Hæc omnia subtiliter Sanctus Tho-
mas, sic deducit, quando potentia infe-
riores afficiuntur circa sua objecta, con-
sequenter superiores vires in suis actibus
multum deordinantur, & impediuntur.
Per vitium luxuriæ appetitus inferior, id
est, concupiscibilis vehementer intendit
suo objecto delectabili, idè intellectus,
& voluntas deordinantur per septem
mala, quæ filia luxuriæ nominantur, vi-
delicet, cæcitas mentis, inconsideratio,
præcipitatio, inconstantia, amor sui, o-
dium Dei, & horror futuri sæculi; per has
enim filias luxuriæ intellectus cæcatur
in consilijs, in iudicijs exequendis, volun-
tas etiam maxime implicatur circa præ-
sentia bona, & circa tedium spiritua-
lium, & horrorem mortis, & infernum.

Proverb. 8.

cl. 10.

Ideò castitatis cæleste donum a Deo
petendum est, vt Salomon ait, vt sciui,
quod continens esse non possū, nisi Deus
de-

dederit, abij ad Dominum, & deprecatus sum illum, ad Dominū abij attentè, in oratione, & deprecatus sum deuotè, ait Lyra, intimis animi desiderijs à Deo est petenda corporis castitas, & ieiunis, & disciplinis est quærenda, & inuenienda, & conseruanda, vt Sanctus Ambrosius in se docet factum, & nobis faciendum expressit, sic dicens: Domine virtutum castitatis, & integritatis amator, cælesti rore benedictionis tuæ extingue in corpore meo totū fomité ardentē libidinis, vt maneat in me tenor totius castitatis animæ, & corporis: mortifica in me carnis æstimulos, & omnes libidinis cōmotiones, & da mihi veram, & perpetuam castitatem, cum ceteris donis tuis, vt sacrificium laudis casto corpore, & mundo corde, quotidie tibi valeant offerre. Vtinam nos omnes ista verba in cordibus nostris habeamus impressa, maxime ad altaris mysterium accedentes, vt similes Angelis esse in puritate probemur.

*S. Ambr. in
prefatione.
Missa satis
deuotè.*

Exortatio

*Quomodo Sacerdotes similes esse debent
Angelis in interuentione Dei,
& hominum.*

Sacerdotes enim mediatores sunt
Dei, & hominum, nostras orationes
& desideria Deo offerentes, & sua
coelestia dona ad nos afferentes. Hoc nõ
minus deuotè, quam eleganter Sanctus
Laurentius Iustinianus docet, dicens:

*S. Laurentii.
Iustin. de-
uotè, & ele-
ganter.*

Quoniam Sacerdotes Angelorum vice
funguntur, potius Angelicam, quam hu-
manam conuersationem debent habere.
Accedat igitur Sacerdos ad Altaris Tri-
bunal, vt Christus: assistat, vt Angelus
ministret, vt Sãctus, populorũ vota offe-
rat, vt Pontifex, interpellet pro pace, vt
mediator, pro se oret, vt homo. Huic cõ-
uenit, vt diuinæ laudis sit amator. Reli-
giosus in se, & humilis corde, & erga pro-
ximorum errata compassione compun-
ctus. Hæc Doctor Sanctus.

Author.

Nota.

Quantus ergo, fratres charissimi, vir-
tutum splendor debet in Sacerdote nite-

re, qui ad Altare accedit, vt Christus, quanta puritas in eo, qui assistit, vt Angelus.

Quanta morum grauitas, quanta maturitas consiliorum in eo, qui omnium vota offert, vt Pontifex. Quanta charitas, qui interpellat, vt mediator. Quanta humilitas, qui orat pro se tanta fragilitate, & infirmitate circumdatus. Quanta pietas in eo esse debet ad portandas proximorum infirmitates, & corrigenda errata. Hæc enim agens, ait Bernardus, impleuit non solum Pontificis officium, sed ethimologiam nominis. Pontem vtique se faciēs inter Deum, & proximum, pertingit pons iste vsque ad Deum ea fiducia, qua non suam, sed illius gloriam querit, pertingit vsque ad proximum illa pietate, qua ipsi, non sibi, prodesse desiderat, offert Deo, vt bonus mediator, preces, & vota populorum, reportans illis à Deo benedictionem, & gratiam. Supplicat Maieitati pro excessibus delinquentium vindicat in peccantes iniuriam creato-

*Doctrin. no
tanda.*

*S. Bernar.
serm. de vi-
ta Episcop.
ad Henric.*

Exortatio

ris, ingratis impropere beneficia pietatis, contemnentibus potentiae seueritatem insinuat; vtrisque tamen placare studet indignantis furorem, nunc quidem hominum obtendens infirmitatem, nunc diuinæ magnitudinem charitatis. Hæc Sanctus Bernardus.

Hoc enim sonat totum, Pontifex, id est, pons factus, Deo placare, & pro hominibus orare, qualiter Ambrosius, veri Pontificis ministerium agens dicebat, profero Domine (si dignaris propitius intueri) tribulationes plebium, pericula populorum captiuorum gemitum, miseriam horfanorū, necessitates peregrinorum, inopiam debilium, desperationes languentium, defectus senum, suspiria iuuenum, vota virginum, lamenta viduarum. Hæc omnia ad Altare accedēs Deo Sanctus offerebat, nobis insinuans, qualiter offerre debeamus, cū ad Altaris ministerium accedimus.

Prædictam virtutum varietatem, que in Sacerdotibus debet cornuscare, in or-

namētis summi Sacerdotis Veteris legis Spiritus Sanctus præfiguravit, ut Gregorius dicit, vestimenta Sacerdotis, quid aliud, nisi recta opera virtutum debeamus accipere, Propheta testante, Sacerdotes tui induantur iustitiam. *Gregorius.* *Psal. 135*

Sunt autem quatuor, quæ sunt necessaria omnibus Christi ministris, ut ait Sanctus Thomas, scilicet, castitas, quæ figuratur per foemoralia linea, puritas vitæ, & innocentia, quæ figuratur per lineam tunicam, per cingulum, moderatio discretionis, per cidarim, vel tiaram, caput protegentem, rectitudo intentionis, secundum illud, omnia quæ facitis, in gloriam Dei facite. Sed præ his Pontifices debent habere alia quatuor. Lamina aurea habens nomen Dei in fronte, significat iugem Dei memoriam in cōtemplationem diuinorum, secundum illud, oculi mei semper ad Dominum. Superhumeralis denotat, quod portare debent infirmitates populorum, sicut Apostolus docet de Pontifice loquens, qui condo-

S. Thom. 1. 2. q. 102. artic. 5. in resp. ad 9.

Ad Hebr. 5.

Exortatio

lerē possit ijs, qui ignorant, & errāt, quoniam, & ipse circumdatus est infirmitate: debent etiam eos habere in corde, & visceribus, per solitudinē charitatis, quod significat Rationale, in quo sculpti erant duodecim lapides in quibus erant nomina duodecim Tribuum Israel. Debent habere conuersationem cœlestem per opera perfectionis, iuxta illud, nostra cōuersatio in cœlis est, hoc significatur per tunicam Iacinthinam, in cuius extremitate iungebantur tintinabula aurea; per quæ signantur doctrina, & sapientia diuinorum, quæ debent coniungi in cœlesti conuersatione Pontificis. Interponuntur etiam mala punica, per quæ signatur vnitās fidei, & concordia in bonis moribus. Hæc Sanctus Thomas.

Ad Philip.

3.

Brun. elegā

ter, & des

noti.

Vel aliter, vt cuidam Sanctorum placet, sic dicenti: respice Episcopo ad onus, quod portas, respice ad Superhumerales, Vides ibi: Aurum, da operam, & studium sapientiæ. Vides ibi: Iacinthum, intueri cœlum, & contemplare Deum. Vides ibi:

ibi: Purpuram, serua iustitiam. Vides ibi: Coccum bistinctum, tingat te, si necesse fuerit, pro Dei, & proximi dilectione sanguis martirij. Vides ibi: Bisum retortam, carnem doma, macera, & afflige, vt & spiritui seruiat, semperquè candidior, & mundior fiat.

Vestes Sanctę Aaron, ait Beda, opera sunt iustitię, & sanctitatis, quę scriptura sacra legis Rectoribus habenda commēdat. Quorum exempla in Christo imitanda ostendit. Sapientes corde, quos ad faciendas vestes repleuit Deus spiritu sapientię, & prudentię, Prophetę sunt, & Apostoli, & cæteri Doctores Sancti, qui quomodo Sacerdotes, & Episcopi debeant viuere, & Altari ministrare factostendunt: & verbo, oportet Episcopum sine crimine esse, ornatum, pudicum verbi Dei dispensatorem. Decet enim, vt qui maioris est gratię, & gradus, pluribus virtutum actibus mirandus refulgeat. Cuncta fiunt ex auro, & preciosis coloribus, quia nihil vile, ac sordidum in Sa-

Venerabilis Bed. satis eleganter refertur à Glos. ord.

1. Ad Thl. mot. 3.

Notat

Exortatio

cerdotis ore, vel opere debet apparere, sed euncta, quę agit loquitur, & cogitat coram hominibus præclara, & æterni arbitri conspectui oportet esse gloriosa. Hac virtutum varietate circumdatus ad Altaris Sacramentum Sacerdos debet accedere, tanquam Angelus Dei, hominumque sequester.

Debent etiam Sacerdotes assimilari Angelis in hominum custodia.

Quia sicut Angelus ad custodiam hominis destinatur, sic Sacerdos hominum obseruantię cõstituitur, debent ergo homines custodire ne pereant, quia scriptum est, speculato-rem dedi te super domum Israel, & sanguinem eorum à te requirã. Iterum, esto vigilans, & confirma, vigilans in animarum salute, quia ars artium regimen animarum, & confirma, quia super gregem cõstitutus es, vt doctrinæ opportunitate, & veritate infirma confirmes, disrupta con-

Ezech. 33.

Gregorius.

*S. Hilar. in
Math. cap.
26.*

con-

consolidet, deprauata conuertat, errātes
quærat, & verbum vitæ in æternitatis ci-
bum alendæ familiæ dispendat, de ta-
libus Pastoribus cuigilantibus Paulus
sic loquitur, ipsi enim peruigilant qua-
si rationem reddituri, scilicet, in tre-
mendo Dei iudicio, in memoria sem-
per habentes illud verbum sibi discu-
tiendum, vbi est grex, quem commissi
tibi? O custodia animarum? ait Ber-
nardus. Onus populorum ipsis Angeli-
cis humeris formidandum! Quam felix
ille, qui in sua consecratione, audiens, vis
reddere rationē Deo de omnibus ijs oui-
bus, quæ in isto territorio cōtinētur? Hęc
verba audiens, & ad hæc expauescens
Episcopatum reliquit, & se solum saluan-
dum curauit, dicens: pro anima mea vix
possum rationem reddere, & pro anima-
bus tātis rationem Deo reddere promi-
tam, absit à me?

Ad Hebra.

13.

*S. Bernard.**Exemplum
mirabile.*

Quid dicemus, ait Chrysostomus, de
infœlicibus illis, qui se ad alios regendos
præcipitant se ipsos regere, & custodire
nes-

Nota.

Exortatio

nescientes, & temere infinitos alios custodiendos promittentes.

*S. Vincent.
Ferrer.*

De quodam Sanctus Vincentius refert, qui in particulari iudicio, cum multis Prælatiis fuit iudicatus, & omnes præter illum finaliter sunt condemnati, & multis apparebat clamans: Si essem de numero Prælatorum, non essem de numero saluandorum.

Nota.

*S. Pet. Dam.
Bian.*

Hoc Sanctus Petrus Damianus docet, qui cum Episcopatum dimisisset, interrogantibus quare dimisisset, respondit: Plerique Pontificatus iura non deserunt, & de sinistris sunt, quotquot autem legimus dimisisse certa spes est eos de æterna cum Christo societate gaudere. Meritò ergo Chrysostomus, hoc periculum

S. Chrysof.

expendens, ait: miror si aliquis Prælatorum possit saluari, quia teste Gregorio, Rector debet esse actione præcipuus, debet esse

S. Gregor.

In registr.

præ cunctis cōtēplatione suspensus, interiorum curam exteriorū occupatione non relinquens, & quia multi Prælati cōtēplationis sunt ignari, & actionis igna-

navi, mundi curis irreciti vivunt volupta-
 tibus dediti in particulari iudicio con-
 demnastur. Quia teste Bernardo: Plus
 curant de mar supijs implendis, quam de
 virijs extirpandis, plus de redditibus cō-
 gregandis, quam de animabus, curandis:
 plus de voluptatibus corporis, quam de
 delitijs mentis. Utinam deinceps volēti-
 bus exaltare respondeant. Non sum me-
 dicus, & in domo mea nō est panis, ne q̄;
 vestimētum, nolite me constituere Prin-
 cipem populi. Non sum medicus, id est,
 non habeo scientiā animas curādi. Non
 est panis Sacre Scripturæ, quo possim
 subditos pascere, neque vestimenta, sci-
 licet, virtutum, quibus, nec meam ani-
 mam, nec vestram possim ornare, & ope-
 rire à peccati frigore. Multi, ait glossa,
 esurientis, & nudī, cum nec spirituales
 cibos, nec Christi tunicam habeant, alijs
 vestimenta promittunt, & alimoniam, &
 ulcerossi cū sint se esse medicos iactant,
 non timentes, quod scriptum est, ne que-

*S. Bernar.
 Serm. 77. in
 Cant.*

Nota.

Isai. 31

Lyra.

Glossa.

Ecclesiast. 7

Exortatio

ras iudex fieri ne fortè non possis auferre iniquitatem. Hanc Sacerdotum audaciam, & Prælatorum temeritatem in suscipienda animarum cura, & postquam susceperint ignauiam, cōsiderabat Chrysostronus, in illam tremendam sententiam prorumpens, non temerè dico, sed vt affectus sum, ac sentio, nō arbitror inter Sacerdotes multos esse, qui salui fiāt; sed multo plures, qui pereāt, huius causa est, quoniam res, id est, ministerium eorum excelsum requirit animum, & innumeris oculis illis opus esse vndique.

Attēditte ergo, quid estis propter alios. Angeli pacis, Angeli in sapientia, Angeli in puritate, Angeli in interuentione, Angeli in hominum custodia, & in eorum procuranda salute. Si ergo Angeli estis, Angelica debet esse vita vestra, in cœlis conuersatio vestra.

Sed videre, quid de multorum vestrā vita, & conuersatione dicat Spiritus Sāctus per os Sanctorum, qui à sæculo sunt Prophetarum eius, Sacerdotes eius con-

S. Chrysostr. doct. in tremenda.

Sophon. 3.

tēpserunt legem meam, concolicauerunt Sanctuaria mea, & alibi vos autem Sacerdotes recessistis de via, scandalizastis plurimos in lege, contaminauerunt Sanctum, iniquè egerunt contra legem, notate, recessistis de via virtutis, quam tenuerunt Christus, Apostoli, & cæteri iusti, scandalizastis plurimos mala vestra conuersatione, nam teste Gregorio, cum Pastor per abrupta graditur, consequens est, vt grex ad præcipitium sequatur.

Malach. 2.

Glosa.

S. Gregor.

Audite obsecro etiam, quid spiritus nobis per Sanctum Bernardum intonet, dicens: Egressa est iniquitas à senioribus iudicibus Vicarijs tuis; qui videntur regere populum meum. Iam dicere non est, sicut populus, sic Sacerdos. Quia non sic populus, sicut Sacerdos. Heu, heu Domine meus? Ipsi sunt in persecutione tua primi, qui videntur in Ecclesia tua primatum diligere, regere Principatum. Arcem Sion occupauerunt, apprehēderuntque munitiones, id est, potentias, &

S. Bern. in serm. Conuers. Sanct. Paul.

Notanda doct. Arina.

Exortatio

diuitias, & vniuersam deinceps liberè, & potestatiuè traddunt incēdio ciuitatem. Misera eorū conuersatio tuæ plebis subuersio est, & vtinam, in hac solum parte nocerent, nunc autem dati sunt sacri gradus in occasione turpis lucri, & questum æstimant pietatem, copiosissimæ quidem pietatis inueniuntur in accipienda animarum salute, sed hæc apud eos cura minor, & in animarum salute nouissima est cogitatio. Iniquè cæteri agunt contra Christum, multi sunt ex nobis nostris temporibus Anti-Christi. Hæc videt Christus, & silet, hoc Saluator patitur, & dissimulat, dissimulemus & nos, & sileamus, maximè, de Prælatiis nostris, & Magistris Ecclesiarum.

Nota.

Audite alium Sāctorum, immò Christum in illo loquentem, & mysticè explanantem illa Ioannis verba: Ego si exaltatus fuero à terra omnia traham ad me ipsum, fidelis Pastor in Ecclesia terræ comparatur. Terra enim suo pondere subsistit, quæque sibi super imposita, fir-

Ioan. 12.

*Adan de
Person. des
notè, & ele-
gantier.*

ma stabilitate portat, sua fecunditate homines, & animalia pascit. Sic Prælati in Ecclesia, suæ authoritatis pondere nititur, infirmantium mores portat, dum compatitur, & fecunditatem doctrina cœlesti spiritualibus, & carnalibus discretionem congrua opportunus elargitur, ab huiusmodi terra Christus exaltatur. Cū Prælati vita, & doctrina, Ecclesia Christi honoratur. Sed heu heu, terra hæc ferè ubique inanis, & vacua, & quibusdam, sic obvoluta est tenebris, ut non tam terra, quam tenebrosus iudicetur abissus. Quid enim ad se Christus non traheret, si non retraheret peruersitas Prælatorum? Quis, inquam, Christum non sequeretur in Ecclesia, si Pastores Ecclesiæ Christum in suis moribus, & ministerijs exaltarent? Sed quod Christus sursum trahit, isti, quantum in ipsis est male viuendo retrahunt, & qui Christum portare, & Christo fructificare debuerant; Christo magis insultare, quam Christum exaltare noscuntur.

Nota.

Exortatio

*S. Gregor.
homil. 17.
in Euangel.
in Lucam,
cap. 10.*

Hoc ipsum Sanctus Gregorius, alitè in-
tonat, dicens: Nullum autem puto, fra-
tres charissimi ab alijs maius præiudi-
cium, quàm a Sacerdotibus tollerat Deus,
quando eos, quos ad aliorum correctio-
nem possuit, dare de se exempla prauita-
tis cernit: quando ipsi peccamus, qui cõ-
spescere peccata debuimus. Nulla anima-
rum lucra quærimus, ad nostra quotidie
studia vacamus, terrena concupiscimus,
gloriam humanam intenta mente cap-
tamus, & eo ipso, quo cæteris Prælati
sumus, ad agenda quælibet maiorem li-
centiam habemus: susceptæ benedictio-
nis ministerium vertimus ad ambitio-
nis argumentum, Dei causas relinqui-
mus, ad terrena negotia vacamus. Lo-
cum Sanctitatis accipimus, & terrenis
actibus implicamur.

*S. Gregor.
hom. 37. in
Euang.*

*Doctrina
valdè notā-
da.*

Et alibi, idem Sāctus, sic clamat: Ruina
populi maximè ex Sacerdotum culpa fit,
quanto mundus gladio feriatur aspicitis,
quibus quotidie percusionibus intereat
populus videtis, cuius hoc, nisi nostro Sa-
cer-

cerdotum peccato agitur. Nos pereunti populo authores mortis existimus, qui ad vitam duces esse debuimus, ex nostro peccato populi turba prostrata est, quia nostra faciēte negligentia, ad vitam erudita non est. Ex quibus autoritatibus cogimur, fratres, Deum timere, conversationem sanctam inter subditos habere, & peccata vitare; quia Sacerdotum peccata gravissima sunt, & valde graviter Deum offendunt.

Quomodo peccata Sacerdotum gravissima sunt, ostenditur.

VOS estis sal terre, ait Christus, quod si sal infatuatum fuerit, in quo salietur? Si Doctor erraverit, a quo corrigetur? ait Hieronymus: caueant Doctores, caueant Episcopi, & videant potentes potenter sustinere tormenta, nihilque esse remedij, sed maiorum ruinas ad tartarum ducere. Idem sentit Sanctus Chrysostomus, eadem Matthæi differens verba,

*Math. 5.**S. Hieron.
libr. 1. in
Matth.**S. Chrysoft.
55. in Mat
thæi.*

ba,

Exortatio

ba, alij enim si sæpè delinquant, possunt tamen ad veniam peruenire. Si hoc vero ipse veritatis Magister patiatur, omni satisfactione priuabitur, & extrema supplicia persoluet. *Nota.* Notate attentè, omni satisfactione priuabitur, & extrema supplicia persoluet, & nihil esse remedij, sed maiorum ruinas ad tartarum ducere in quibus verbis non totaliter Sacri Doctores impossibilitatem remedij peccatorum, Sacerdotum, sed maximam sanandi difficultatem ostendunt. *Lyra.* Quia quanto locus altior, tanto casus grauior, & periculosior, ac consequenter ad resurgendū difficilior.

I. Reg. 2.

De filijs Eli Sacerdotis, ait Sancta Scriptura, quod peccatum eorum erat grande nimis coram Domino, quia retrahebant homines à sacrificio Dei. Eo quod eorum puer habebat vnam tridentem, & mittetēs in cacabum extrahebāt carnes, & sic retrahebant homines a sacrificio Dei. Per istos Sacerdotes, nouę legis mali Sacerdotes, & Prælati intelliguntur.

tur, ait Magister Lyra, quorum puer, id est, sensualitas (quæ intendit ad delectabilia carnis) sicut puer ad irrationabilia mundi, habet tridentem, per vnum tridentem signatur concupiscentia carnis, quæ trahuntur delitiæ corporis, & delectabilia, per alium, concupiscentia oculorum, quæ trahuntur bona temporalia, per tertium notatur superbia vitæ, quæ trahuntur dignitates, & excellentiæ; ad hæc autem tria ex mundi cacabo extrahenda supra modum intendunt mali Sacerdotes, & Prælati. Et sequitur, quod erat peccatum eorum grande nimis, quia retrahebant homines a sacrificio Dei; quia per malam vitam Sacerdotum, & Prælatorum, multi laici tam de Principibus, quam de sæcularibus retrahuntur a bonis operibus, & ad mala dilabuntur. Quia vt dictum est, ex Sancto Gregorio, cum Pastor per abrupta graditur, consequens est, vt grex ad præcipitium sequatur.

Magist. Lyra. moral.

Nota.

Et attendite, quod rigor diuinæ iusti-

G

tia

Exortatio

1. Reg. 4.

tiae in supplicio peccati Eli, & filiorum eius, maximè commendantur, quia, vt Scriptura refert, vna die, Pater cecidit mortuus, filij eius, Ophni, & Phinees occisi sunt, & Arca Testamenti fuit capta, & populus occisus, & post hæc, dixit Deus, id circo iuravi domui Eli, quod non expietur iniquitas domus eius victimis, & muneribus, vsque in sempiternũ. O verbũ asperum, & valde tremendum, quod peccatum Sacerdotis victimis, & sacrificijs non expietur, hoc idem so-

Jerem. 11.

nant illa Ieremiæ verba: numquid carnes sanctæ auferent à te malitias tuas, in

Lyra, ibi.

quibus gloriata est? Huius causa assignatur a Iulio Papa, vt in Decretali habetur

In cap. cum
omne crimẽ,
de consecra.
cap. 2.

cum omne crimen, & peccatum oblati Deo sacrificijs deleatur, quid de cætero pro delictorum expiatione Domino dabitur, quando in ipsa sacrificij oblatione erratur? Ex quibus Sanctæ Scripturæ authoritatibus, & Sanctorum Doctorum doctrinis, manifestè colligitur, quã graua sint Sacerdotum peccata, & si totali-

ter

ter venia eorum peccatis nō denegetur, maxima tamen sanandi difficultas demōstratur, quod etiā in percussione Leuitæ Oze, filij Aminadab, Scriptura demonstrat, qui cū comitaretur vaccas in Plaustro Arcam Testamenti portantes, & vaccis recalcitrantibus Arcam vidisset iā inclinantem, extendissetquē manum ad illam tenendam, iratus est Dominus cōtra Ozam, & percussit eum, ibiquē iuxta Arcam mortuus est. O altitudo diuitiarum scientiæ, & sapientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius; quis vnquam cogitaret tale? Quia aut Leuita non abstinuit ab vsu matrimonij, vel ut alij volunt, quia tetigit Arcam nudam, vel ut alij melius iudicant, quia in Plaustro Dei Arcam posuit, cum super humeros eam portare deberet, secundum legis mandatum, totum erat in cęremonia deficere, sed verè iudicia Dei abysus multa.

Attentè audiamus, & deuotè quēdam Sanctorum diuino Spiritu huius rei my-

*2. Reg. 6.**Glossa.**Ad Roma.*

11.

*Glossa.**Psalm. 31.*

Exortatio

sterium, terribiliter personantem, quanta grauitas, quanta seueritas, quantus terror in Arca linea? Tanta tibi Domine cura de ligno? Non utique, sed propter nos hæc facta sunt in illis tremur, in illis admonemur, in illis instruimur, illos examinas, ut nos erudias, in eis discamus quanti piaculi sit, & periculi, indignè tractare, aut sumere Sacrosanctum Christi corpus in Hostia salutari, cuius typum Deus, sic magnificauit, sic subleuauit, sic vindicauit. Væ sacrilegis manibus, væ immundis pectoribus impiorum Sacerdotum, à quibus tam insolenter quotidie tangitur, & suscipitur. Si talis vltio in vmbra, qualis fiet in veritate? Horresco referens, & contremisco, tantum mysterium non in se ipso, sed in sua vmbra debuit commendari, ut sciamus, quod omne tormentum, omne supplicium minus est flagitio, quo Christus contemnitur in hoc Sacramento, iure optimo, clamat Apostolus, horrendum est incidere in manu Dei viuentis. Audito hoc tonitruo,

quis

*S. Thom. de
Villa-Nou.
serm. 4. de
Sacrament.
Altaris.*

*Doctrina
valde timē-
da.*

*Ad Hebræ.
10.*

quis non contremiscat? Ad huius tubæ sonitum, cuius aures non tinniant? Quis de cætero immundus præsumat accedere, immundus sancta tractare, & sua misera conuersatione populum scandalizare, quia vt ex Bernardo diximus, misera Sacerdotum conuersatio, plebis Dominicæ subuersio est.

Ideò Sancta Sinodus Tridentina diuino Spiritu illustrata quantas, afferit *Conc. Trid. session. 23. cap. 1.* utilitates Ecclesiæ Dei Sancta conuersatio Sacerdotum expendens, sic ait: moneant Episcopi suos Clericos, vt conuersatione, sermone, scientia, Dei populo præeant, memores eius, quod scriptum est, Sancti estote, quoniam ego Sanctus sum, & iuxta Apostoli vocem, nemini dantes vllam offensionem, vt non vituperetur ministerium eorum, sed in omnibus se exhibeant, vt Dei ministros. Et infra ait, in eos tanquam in speculum reliqui oculos conijciunt, & ex eis sumunt, quod imitentur, vt habitu, gestu, incessu, sermone, alijsquè rebus, nihil nisi graue,
mo;

Exortatio

moderatum, ac Religione plenum præferant. Hęc Sancta Sinodus. Mali ergo Sacerdotes, cum mali Angeli sint, malis Angelis comparantur, qui de cœlo lapsi in veritate non extiterunt, & honorem Angelicæ potestatis perdidērunt. Attendite ergo, ne vos cadatis, quia nō solum *Psalm. 81.* Angeli estis propter alios, sed etiam Dij, estis super alios: nam ego dixi Dij estis, & filij excelsi omnes.

Ostenditur quomodo Sacerdotes Dij vocantur, & sunt in accepta potestate, quia de illis scriptum est quoniam Dij fortes terræ vehementer elevati sunt.

Psalm. 46. **E**T hoc secundum dignitatem acceptæ potestatis. Potestas vestra de cœlo est, & à Deo: quis enim potest peccata dimittere, nisi solus Deus? Et vobis quidem data est potestas dimittendi peccata: quia Deus Deorum locutus est: *Joann. 20.* quodcumque solueritis super terram, erit

so-

solutum, & in caelis; in hac autem potestate vestra, Deus semper representatur a vobis in terra. Vt per vestrum ministerium semper praesens sit quærentibus eum, non solum praesentia Maiestatis, sed representatione suæ auctoritatis. Attendite quantus honor illi debeatur a vobis, qui tam honorabile nomen dedit vobis. In hoc enim nomine timendi estis, & honorandi: timendi, vt iudices: honorandi, vt patres: timendi pro potestate, honorandi pro sanctitate. Si cui vestrum sanctitas deest (quod absit) timeat ille, quoniam Iudex est: timeat quoniam stetit Deus in Sinagoga Deorum, & in medium Deos diiudicat. Nouit enim Dominus qui sunt eius, nouit qui ad coronam, nouit, qui ad flammam præparantur. Nam qui amant primos acubitus in cœnis, & primas cathedras in Sinagogis, & primas salutationes in foro, & vocari ab omnibus Rabbi, qui sunt mercenarij, qui sunt latrones, & fures, qui non intrant per ostium (scilicet meriti) sed aliun-

*Matth. 18.**Psalms. 81.**1. Ad Thimot. 2.**Matth. 23**Iosann. 108.*

Exortatio

Matth. 7.

aliunde, donis, vel fauoribus, qui nummularij, qui vendunt columbas in Templo, qui sunt canes muti, qui sunt operarij iniquitatis totum hoc genus Deorum, inter falsos Deos computandum videtur. Simulacra enim Sacerdotum sunt, & imagines Deorum, & abominationis idola in Templo collocata, & quemadmodum vnus veri Dei cultus, per idolatriã idolo indebitè exhibetur: ita honorem dijs, idest, Sanctis Sacerdotibus debitum in debite sibi vsurpant. Qui sibi aciscunt honorem non vocati, tanquam Aaron.

Diligenter notate, non vocati, non electi, tanquã Aaron, sed diuersis humane industriæ ambagibus, & dominorũ fauoribus intrusi, non meritoriè electi. Ideò in hominum oculis Sacerdotes apparent, in oculis autẽ Dei, & in eius tremendo iudicio merè seculares inueniendi. Audite veram Sanctorum doctrinã, & valdè timendam, & regnare faciet hypocritã propter peccata populi, ait Iob,

Iob 34.

sed quæri rationabiliter potest, ait Bea-

tus

tus Gregorius, quomodo hoc in loco dicitur, quod regnare Dominus faciet hypocritam, cum de hac ip[s]a specialiter conqueratur, per Prophetam dicens: ipsi regnauerunt, & non ex me, Principes extiterunt, & nō cognoui. Quis enim recte sciens dicat, quod facit Deus, & minime cognoscat? Sed quia scire Dei approbare est, nescire verò ignorare; vnde in fine dicit quibusdā, nescio vos, vnde sitis, & facere Dei est, id quod fieri prohibet, irascendo permittere, vt Pharaonem quidem se obdurare asseruit, quia videlicet, obdurare permisit, miro modo Deus regnare facit, & nescit, facit permittendo, nescit reprobando.

Hoc ipsum Salomon mysticè prefigurans dixit: est aliud malum sub sole, quasi per errorem egrediens à facie Principis: positum stultum indignate sublimi, & diuites sedere deorsum. Vidi seruos sedere in equis, & Principes ambulare, quasi seruos. Notate, quasi per errorem egrediens a facie Principis, id est, Dei, ait In-

*S. Gregor.
lib. 25. moral.
cap. 18.
Osce 8.*

Eccles. 10.

Gloss. orain.

Exortatio

Interlinea. terlinealis, non error est, sed permissio in præsentia, & reprobatio in futuro peccatorum eleuatio. Ideo sequitur, stultum positum in dignitate sublimi, mundi, vel Ecclesiæ, ait Interlinealis; & diuites sapiētia, scilicet, virtutibus, & bonis operibus, sedere deorsum. Vidi seruos vitiorum, scilicet, sedere in equis dignitatum, & Principes in splendore virtutum, ambulare quasi seruos. Hoc enim est, & ipsi regnauerunt, & non ex me, Principes extiterunt, & non cognoui.

*S. Chrysoft.
homil. 53.
in Matth.
cap. 25. op-
ris imperfo-
eti.*

Satis eleganter Sāctus Chrysoſtomus, huius mysterij abyſum verbis valdè tremendis, sic explicat, dicens: Attendè, Deus secundum præſcientiam ſuam, licet ſciat, qui iuſti futuri ſunt, & qui iniuſti: tamen omnes vocat ad finem: dans eis gratiam credendi in Chriſtum, quod eſt talentum, bonis quidem ad ſalutem; malis autem ad præiudicium, vt inexcufabiles fiant, Diaconibus, & Subdiaconibus, & conſequēter Præſbyteris, & Episcopis: illis videtur Deus iniungere mi-

ni-

nisterium Diaconatus, & Presbyteratus, qui sunt iusti. Qui autem inveniuntur iniusti, illos homines ordinare videntur, non Deus. Ab exitu ergo rei cognoscitur, quis a Deo ordinatus est, & quis ab hominibus, Qui ergo ministerium suum benè consumauerit, apparet, quod a Deo ordinatus est. Qui autè ministeriū suum non benè cōsumauerit, ab hominibus ordinatus est, quomodo quidē Sacerdotes ab hominibus ordinātur clare apparet in lib. 8. Canonū Apostolorum, vbi dicitur *In Canon. 8. Apost.*
Qui ex hominibus ordinatus est, quantū ad Deū nō est Diaconus, aut Presbyter, aut Episcopus; secundum ergo, hæc quæ diximus, si Presbyter peccator inuentus fuerit, quoniam quantum ad præscientiam Dei (vt dixi) non ex Deo, sed ex hominibus ordinatus est. Quasi laicus inuenitur, qui vnum tantum talentum accepit. Hoc idem alio in loco idem Sanctus Doctor affirmat, dicens: Laicus in die iudicij stollam Sacerdotalem accipiet, Sacerdos autem peccator spoliabitur Sacerdotij dignitate. Heu, heu, quam

Exortatio

Auctor.

multi Sacerdotes, quam multi Episcopi Sacerdotum, & Episcoporum dignitates obtinent, in oculis hominum: qui in Dei tremendo iudicio merè sæculares sunt inueniendi, & meritò cum hypocritis collocandi! O idolum! Idolum, & abominatio in loco sancto collocata? O Pastor, ò idolum! Pastor auctoritate, & dignitate: idolum vanitate, in utilitate, & simulatione. Pastor officio, idolum otio: immo vero, nec officio Pastor, sed solo nomine erectum Pastoris, pro Pastore simulacrum. O Pastor pascenste ipsum, non enim gregem pascis, sed pasceris magis? O idolum Pastorem simulans, & mercenarium agens, & relinquis gregem, vt non lupum videris venientem? Atque vtinam, tantum fugeres, tantum lupis exponeres, non etiam cum eis ipse, immo præ eis dispergendum timeres? Vtinã si non pasceres, saltem eis parceres, non obesses? Verè idolum, & abominatio simulacrum in loco sancto collocatum, de quibus scriptum est, simula-

*Galfrid. ad
ephes. 5.*

Psal. 113.

cra gentium opera manuum hominum. Bene opera manuum hominum, nō Dei quia ab hominibus ordinati, non a Deo de quibus sequitur, oculos habent, & nō videbunt. Cœlestia, scilicet, & æterna: quia oculos suos statuerunt declinare in terrā, honores, diuitias, & delicias, semper quærendo, semper cogitando. Aures habent, & non audient. Vocem, scilicet, post ergum monentis, hæc est via, ambulate in ea. Nares habent, & non odorabunt, vitæ æternæ, & Sanctorum suavissimum odorem. Manus habent, & non palpabunt. Veram, scilicet, poenitentiam, & corporis castigationem, per ardua virtutum opera viriliter disciplinam apprehendendo, ne fortè irascatur Dominus, & pereant de via iusta. Pedes habent, id est, varia desideria circa mundanorum appetentiam, & non ambulabunt, de virtute in virtutem disponentes in cordibus suis ascēiones in valle lacrymarum, per sancta desideria, ad Sanctam Hierusalem aspirando, vbi videbitur Deus Deorum

*S. Vincent.
Ferrer.*

Psalm. 83.

in

Exortatio

in Sion. Non clamabunt in gutture suo. Gratiarum Deo per continuam laudum actionem agendo. Quia cor eorum vanum est, & sepulchrum patens guttur eorum. Patens ad ebrietates, & commensationes continuas, ad verba secularia, & secularia nugæ, quæ in ore secularium nugæ sunt: in ore vero Sacerdotum blasphemiam, ut supra de Sancto Bernardo retulimus.

Attendite ergo Sacerdotes ministerium vestrum, attendite Paulum, quomodo ministerium vestrum sit honorandum docentem: honorat, inquit, Episcopo ministerium tuum honorabis autem (ait Bernardus) gravitate morum, maturitate consiliorum, & actuum honestate: hæc sunt, quæ officium Sacerdotale, & Episcopale ministerium maxime nobilitant, & ornant; honorabis autem, non cultu vestium, non equorum faustu, non amplis ædificiis, non clientum caterua, sed ornatis moribus, studiis spiritualibus, operibus bonis. Caueant omnes à cultu

ve-

Psalm. 5.

*2. Ad Thi.
mot. 2.*

*S. Bernard.
ad Henric.
Archiep. Se-
nos. de vita
Episcop.*

vestium, & equorum faustu: quia in iudicio coram cœlo, & terra, astantibus Angelis, & dœmonibus, illæ voces resonabunt contra eos, dicite Pontifices in freno, quid facit aurum? Quid profunt tot mutatoria in perticis appensa, & plicata in manticis, nobis in fame, & frigore laborantibus, & morientibus? Nostrum est, quod vanè effunditis, nobis subtrahitur, quod inaniter expenditis. Et Sanctus Ambrosius, parietem vestis auro, & pauperem nudas vestimento: panem petit pauper, & non accipit, & equus tuus aurum sub dentibus mandit.

Attendite ergo, quam graviter de nobis conqueratur Dominus post tot dona, post tot beneficia, dicens: Filios enutriui, & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Notate, filios enutriui de meo corpore, & pretioso sanguine, & exaltaui, Angelorum nomine vos honorando, Deos, & altissimi filios vocando, & ipsi sic exaltati, sic honorati spreuerunt me, mea Sacramenta indignè ministrando meam

*Jerem. 1.**Glossa.*

Exortatio

Ecclesiam sua miserabili conuersatione turbando, & me Deum viuum, & æternum grauiter offendendo. Si ego Deus, *Malach. 1.* ubi honor meus? Si Dominus, ubi timor meus? Cur Angeli terræ, qui estis vos honorem non exhibitis mihi? Quem Angeli cœli laudant, Cherubim exultant, Potestates, & Virtutes tremunt? Cur non *Matth. 10.* timetis eum, qui potestatem habet corpus, & animam mittere in gehennam ignis? Quare ex ista cōtemplatione in cordibus vestris nō generatur amor in eum, qui vt misericors Pater expectat, vt misereatur vestri? Et citius venire dissimulat, vt minus in vobis, quod iudicet, inueniat? Si quotidie ad solem iustitiæ (qui sic *S. Gregor.* a Propheta vocor) acceditis; cur splendoribus anima vëstra non impletur? Immodò tot ignorantia, tot peccatorum tenebræ inter vos apparent. Si ad Deum vëstrum (qui ignis cōsumens est) appropinquatis, quomodo tam frigidi in charitate erga Deum, & proximum inuenimini? Si ad fontem misericordiæ, & gratiæ

properatis: quomodo tam sordidi, & tot
vitiarum maculæ inter vos innundant?
Semel ad montem Sinai, vt legem da-
rem descendi, & totus mons erat terribi-
lis, & tonitruis plenus, & fulgoribus: quo
modo quotidie ad manus vestras descen-
dens non estis pleni tonitruis terribilium
verborum ad terrendos peccatores, &
fulgoribus bonorum exemplorum illos
ad vitam æternam illuminando? Et ful-
minibus æternæ condemnationis eos fe-
riendo, vt resipiscant a laqueis diaboli
quibus tenentur ad eius voluntatem. Vi-
dit Ezechiel Propheta ripam, ex vtraque
fluminis parte arboribus plenam tanta
pulchritudine, & fructuum abundantia
refertam, vt per singulos menses, singu-
los fructus referrent. Et causa huius mi-
rabilis erat, quia arbores illæ irrigaban-
tur aquis de sanctuario egredientibus. O
Sacerdotes! O arbores in Paradiso Ec-
clesiæ secus decursus aquarum, id est, Sa-
cramentorum plantatæ, & continuo ir-
rigatæ, non aquis illius Sanctuarij anti-

*Exod. 90.**Glossa.**Ezech. 47.**Auctor.*

Exortatio

qui, sed aquis scaturientibus de fontibus Saluatoris: sanguine, scilicet, pretioso noui, & æterni testamenti. Quomodo non plenæ fructibus meritorum? Vbi amor Dei? Vbi dilectio proximi? Vbi misericordiæ fructus, & iustitiæ? Vbi veræ pœnitentiæ culmus? Timeat vnusquisque vehementer, ne arbor, sic irrigata, sic plântata, & fructum non faciens excidatur, mortis falce, & in ignem mittatur æternum. Arua (vt aiunt) humano sanguine respersa pingua redduntur: Cur cordium nostrorum campestria Christi sanguine iugiter respersa, tam vacua sunt meritis, sterilia fructibus, virtutibus marcida inueniuntur? Immo plena tribulis peccatorum, & spinis temporalium sollicitudinem, & cuius honorem deliciarum, & diuitiarum? Peccatorum nostrorum multitudo, causa est, fratres, vt illius ignis flamma nos non inflammet: illius fontis miserationes ad nos non transeant: illius solis splendores ad nos non perueniant, Propheta testante, peccata nostra diuiserunt

Matth. 7.

Exemplum

Isai. 59.

runt

runt inter Deum, & nos : diuiserunt, ait Interlinealis, tanquam murus interpositus, vt cœlestes immisiones ad nos trāsire nō possint, sed cum David dicamus, in Deo meo transgrediar murum. Iste enim murus peccatorum falsa spe vitæ nostræ erigitur, & dilatatur, & vitumine malæ consuetudinis constringitur. Sed timore mortis quatitur, tremore iudicij, particularis rūpitur, & gehennalis flammæ horrore pœnitus dissipatur.

*Gloss. Interlin.**Psalim. 17.*

Attendamus ergo, quia expectaculum facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus, ad nos oculi omnium respiciunt, vita nostra speculum sit sanctitatis, honestatis exemplum, & iustitiæ signaculum. Hæc omnia Beatus Petrus facienda, & implenda insinuat, dicens: Seniores, obsecro, pascite, qui in vobis est, gregem Christi: facti, inquit, forma gregis, forma sanctitatis, & forma virtutis: facti forma, non tam sermonibus, quam bonis exemplis, & operibus. Nam quā plurimi mirantur, quomodo in Ecclesia pe-

*2. Corin. 4.**Valduinus.**1. Petr. 5.*

Exortatio

Calfr. pi^o,
& elegant.

cuniarū amor dissuadetur, quem sectari hodie penè tota Ecclesia videtur? Undè enim vitulus, terræ cultor, sic collitur? Quia ab Aaron aurum in ignem mittitur, & Sacerdotum exemplo agitur, ut ardentè ametur. Nam si magna de mūdi contemptu dicantur, plus tamen attendunt homines, quid agatur, quam quod moneatur. Vident enim sæculares, mensas dapibus, simul & opibus oneratas, supellectiles varias, promptuaria plena, gazas multiplices, vel gloriando possideri, vel ardentè appeti. Hoc est enim Domini gregem pascere? Hoc est formam gregis fieri? Necessè est fratres formam illam in factis esse factitiam, nō fictitiam, sculptam esse, non pictam, informis enim est hæc vita, magis, & deformis. Heu, heu, modo signat Domini calicem, modo talos agit, vexat aleam, scacos mouet, aut in aibus cœli ludit. Modo canes instigat ad leporem, modo Angelicū reformat Alleluya. Modò accipit Breuiarium, modò arripit militis in-

instrumentum. Iam egreditur de Tem-
plo Dei ad forum mundi, de spiritualibus
ad carnalia, de diuinis ad humana, quam
cito transijt, quam celeriter de calice san-
guinis Christi vadit ad calices mundi. At
tendite igitur, quid estis, scilicet, Dij ter-
ræ vehementer eleuati, & filij excelsi om-
nes. Si ergo Dij estis, supra alios, quid Da-
gon cum Arca Dei Israel? Quæ conuen-
tio Christi ad Belial? Quid cum luce te-
nebræ? Quid cum veritate vanitas? Quid
cum Sacerdote peccatum? Quid scelus
cum ministro Christi?

1. Reg. 3.

2. Corint. 6

Attendite, quid estis infra alios. Vide-
te humilitatem vestram, & seruitutis ne-
cessitatē: Si vultis audire, dicat Prophe-
ta quid estis, qui cum Domino loquens,
sic ait: De fructu operum tuorum satia-
bitur terra, producens fenum iumentis,
& herbam seruituti hominum. Ecce, quid
estis, iumenta, & seruitus hominum, de
tam alto, in immum devoluti estis, sicut
scriptum est, ascendunt, vsque ad cœlos,
& descendunt vsq; ad abyssos. Hoc igitur
sen-

Valduinus:

Psal. 146
10.6.

Exortatio

sentite in vobis, quod, & in Christo Iesu, qui cum esset ille Deus in forma Dei, semet ipsum exinanivit formam serui accipiens: & vos *Dij* estis, sed exinanite vos ipsos, & seruilem formam accipite, vt interdum efficiamini, sicut homines, inter homines: infirmi, propter infirmos, sicut ille, qui dicit, quis infirmatur, & ego non infirmor. Sequitur, in auctoritate, in quo vos posuit Spiritus Sactus, Episcopos regere Ecclesiam Dei. Hoc est enim officium vestrum, regere oues Christi. Attendite, quod sicut quidam Sanctorum dicit, nihil sic placet Deo, nec placat Deum, sicut zelus animarum, non ociose ter repetitum est (ait Sanctus Bernardus) Petre amas me? in comissione ouium. Ac si dicat Dominus: nisi me ames, & valde perfecte que me ames, hoc est, plusquam tua, plusquam tuos, plusquam te, non te intremittas de ouibus meis, pro quibus sanguinem meum fudi. Terribilis sermo (prosequitur Doctor Sanctus) propterea attendite vobis Pastores Ecclesie

Aetor. 4.

*Hugo de Sa
Eto Victor.*

Ioann. 21.

*S. Bernar.
serm. 76. in
Cant.*

clesiæ de pretioso deposito, quod vobis creditum est. Ciuitas est, vigilate ad custodiam, & concordiam. Sponsa est, studite ornatui, oues sunt, intendite pastui. Ciuitas est, de qua *Dauid* intonat, gloriosa dicta sunt de re ciuitas *Dei*. Quam gloriosa de illa dicuntur, quod *Christus Deus*, & homo caput eius est, *Angeli custodes*, *Apostoli*, *Patres*, *Martyres*, *Defensores*, *homines sancti*, *Pastores*, & *Doctores*, *Confessores eius directores*, quam gloriosa ciuitas, quæ tam alta, & tam pretiosa habet: quam fluminis impetus, id est, *Spiritus Sancti gratiarum*, & *donorum* ubertas letificat, & replet. Sponsa est, *Christi dicentis*, & cum ea delitiosè ardentis: *Vna est columba mea*, sponsa mea, formosa mea. *Colúba*, in fidei simplicitate; sponsa, in eius castissimo, & ardentissimo amore; formosa, in gratiarum, & virtutum splendore. Oves sunt, in pascuis præceptorum, & consiliorum a vobis pascendæ, & *Christi sanctissimo* copore, & sanguine interim a vobis sagi-

nan-

Exortatio

nandæ: donec deducantur in montibus
Israel, in pascuis vberrimis diuinitatis,
& humanitatis, in herbis virentibus San-
ctorum, & electorum in æternum collo-
candæ. Ciuitas est, attendite ad custo-
diam, porro custodia ciuitatis, vt sit suffi-
ciēs, trifaria erit a vi tyrannorum, a frau-
de hæreticorum, a tentationibus dæmo-
num. Ad custodiam huius ciuitatis opus
est viro forti, spirituali, & fideli: forti, ad
propulsandas iniurias; spirituali, ad de-
prehendendas insidias; fideli, vt non que-
rat, quæ sua sunt, sed Dei. Huius sponsæ
ornatus sit in bonis operibus, moribus,
& ordinibus. Oues sunt, intendite pastui,
pastus ouium communiter sunt in pas-
cuis scripturarum: tanquam in hæredita-
te Domini. Sed est distinctio in illis, nam
sunt mandata, quæ duris, & carnalibus
imponuntur, ex lege vitæ, & disciplinæ,
& sunt olera dispensationis, quæ infirmis
& pusillis corde, respectu misericordiæ
apponuntur. Et sunt consiliorum fortia,
& solida præcepta, qui ex ex intimis sa-
pien-

S. Bernar.
ubi.

pientia, proponuntur sanis, & qui exercitatos habent sensus, ad discretionem boni, & mali, paruulis autem tanquam anniculis lac datur, non esca. Adhuc boni sollicitique Pastores pecus impinguare non cessant, bonis exemplis, & suis magis, quam alienis. Nam si alienis ignominia est illis, & pecus non ita proficit. Si enim apposuerit Pastor Moysis mansuetudinem, patientiam Iob, misericordiam Samuelis, & David sanctitatem, &c. Huiusmodi, ipse autem immitis sit, impatiens, & immisericors, & minime Sanctus: sermo minus sapiens veniet ei, & oves minus auidè capient. Bonus autem Pastor, hoc quoque curauit, vt habeat in semetipso sal, sciens quia sermo sale conditus, quantum placuerit ad gratiam, tantum proficiet ad salutem.

*S. Bernardi
ibi.*

Hæc omnia ad Pastorem, & Doctorem summe sapientem pertinere videntur. Nam quomodo in pascua scripturarum educet greges Dominicos Pastor idiota? Quomodo inermis dux, & dor-

*S. Bernardi
serm. 76. in
Cantic.*

Exortatio

Autor.

miens ab irruentibus inimicis se, & suos defendere valebit? Quomodo aduersantium insidias cœcus speculator à longe prospiciet? Quomodo inter furibundos ventos, & tempestates imminentes, & marinos vortices tam timidos, & tremendos periclitantem nauem imperitus nauta gubernabit? Si adhuc, vt inermis *Dux* in somno vitiorum, vel saltim negligentia pernitioso dormisti: nam vt in *Canone* habetur, negligentia *Prælatorum*, in maximum redundat discrimen subditorum: Exurge, qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te *Christus*. Assume tibi armaturam *Dei*, vt possis stare aduersus insidias inimicorum: in die malo assume scutum fidei, in quo ignita diaboli tela, possis sustinere, & galeam spei, & gladium spiritus, quod est verbũ *Dei*. His enim armis præcinctus, & te, & tuos defendere valebis. Si adhuc, vt cœcus speculator inimicorum versutias, nõ prospexisti, dic cum *Propheta*, illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in

Ad Ephes.
6.

Psal. 12.

mor-

morte, & dicat inimicus meus, præualui aduersus eum. Dic etiam reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Quia in lege Domini meditando die, ac nocte, versutiæ dæmonis mirabiliter deprehenduntur. Et si inter vndas sæculi aduersantis, & flatus immundorū spirituum, & inter spumantes vitiorum vndas, nauis tua periclitari cœperit, dic cum discipulis, Domine salua nos, perimus. Tunc surget Christus, id est, gratia eius apparebit, & cessabunt venti, & fiet tranquillitas magna. Nam, vt Glossa ait, in quo Deus per gratiam adest, mox vniuersa bella quiescunt.

*Vener. Bed.**Matth. 14**Gloss. ordin.*

Hæc fratres tam apprime dixi, tam diligenter notavi, tam signanter expressi, vt appareat quantæ sit rei, quantique momenti, quod Pastor sit doctus, & in diuina Sapientia maximè illuminatus. Quia vt Sanctus Bernardus ait, quid enim periculi sit, vbi non inuenit Pastor pascua, Dux viam itineris, Vicarius ignorat voluntatem Domini, Ecclesia Sancta, tam

S. Bernard.

Exortatio

multipliciter, quam miserabiliter quotidie experitur. Est enim sicut sacratissima, sic secretissima voluntas Dei. Vtilis proinde est lectio, vtilis est eruditio, sed multo magis vnctio spiritus, qui in omnibus nos docet, necessaria est. (In omnibus dico) credendis, sperandis, operandis, & fugiendis. Et quia dictum est, quid sit infra alios esse, restat dicendum, quid sit cum alijs esse.

Attēdite, quid estis cum alijs, scilicet, homines fragiles, mortales, quia, & si dixi dii estis, & filij excelsi omnes, vos autem, sicut homines moriemini, & sicut vnus de Principibus cadetis. Cadetis, inquam, in morte, nam mortales estis, semper ad mortem tendentes, & ad iudicium particulare properantes. Attendite, quia mors non tardat, vigilate ergo, quia nescitis diem, neque horā. Ideo estote parati, quia qua hora non putatis, filius homines veniet. Si enim sciret pater familias, qua hora fur veniret, vigilaret vtique, & nō sineret perfodi domum suam. Attendi-

dicite, quod fur iste (vt Sanctus Hilarius ait) diabolus est ad extrahēda spolia à nobis maximè, peruigil, qui & corporum nostrorū domibus insidiatur. Vt ea in curiosis nobis, & somno deditis, consilio-
liorum suorum iaculis, & diuersarum tentationum instrumentis perfodiat: quamquam omnes ad indefessam, curæ vigilantiam omnes adhortetur: principaliter populi Principibus, id est, Episcopis, & Sacerdotibus, in expectatione, aduentu-
què suo sollicitudinem mandat. Quis putas hodie fidelis seruus, & prudens inuenietur? Qui doctrinæ opportunitate, & veritate infirma confirmat: disrupta consolidet, deprauata conuertat, & verbum vitæ in æternitatis cibum alendæ familiæ dispendat. Certè, qui talia agens, in morte inuentus fuerit super omnia Domini bona constituetur, id est, in gloria Christi collocabitur. Quã rari inter nos charissimi huiusmodi in nostris temporibus inueniuntur? Sed per multi sunt, qui intuentes Dei patientiam aduersus con-

*S. Hilar. in
Matth. cō-
ment. cap.
26.*

Exortatio

seruos insolescunt, & sæculi malis vitij-
que se traddentes præsentium tatum cu-
ram in cultu ventris exercentes, quos des-
perata die Dominus, sic inueniens eos à
bonis, quæ sponderat, diuidet: portio-
nemque eorum cum hypocritis in pœnæ
æternitate constituet: quia Domini ad-
uentum desperauerint, quia mandatis
non obedierint, quia vita gentium vixe-
rint, quia desperatione mortis, & iudicij
familiam, sibi commissam, famæ, siti, ce-
deque vexauerint. Attendite ergo, quia
iuxta est dies perditionis, & ad esse festi-
nant tēpora. Attendite, quia statutum est
hominibus semel mori, & post hoc iudi-
cium particulare, scilicet, & omnes nos
manifestari oportet ante tribunal Chri-
sti, vt vnusquisque referat propria corpo-
ris, quæ fecit, siue bona, siue mala. O tri-
bunal horrendum! O Iudex tremende!
In quo Iudex sedebit, quidquid latet, ap-
parebit: nec inultum remanebit. Nam
anima de corpore egressa, citò, & hor-
rendè in eodem loco, & instanti;
ap-

Deutor. 32

*Ad Hebrae.
10.*

Sapient. 6.

apparebit eis, & dicit: Redde, quod debes, redde rationem vilicationis tuæ, redde rationem de anima cum potentijs, de corpore cum sensibus, de bonis naturalibus, & spiritualibus, de omnibus commissis, & omisis, quia vt Gregorius ait: Vestigia mea considerat iustus iudex æternus, & gressus numerat, vt etiam minutissimæ cogitationes, quæ apud nos vsu viluerunt; in eius iudicio indiscusæ non remaneant. Rationem petit de cogitationibus: nam in cogitationibus impij interrogatio erit. De verbis, nam de verbo omni otioso, quod locuti fuerint homines reddent de eo rationem in die iudicij: de operibus; quia omnia, quæ fiunt adducet Dominus ad iudicium. Omnia ibi ponenda in numero, pondere, & mensura, Pondus, & statera iudicia eius. Vidit Balthasar Rex Babilonis in pariete contra candelabrum digitos quasi manus hominis scribentis. Manè Thechel, Phatès, in quibus verbis inspectis, quia suam mortem, & damnationem præ se ferebant:

*Luc. 16.**S. Vincent.
Ferr. serm.
3. in Domi.
8. post Pen-
tesost.**Sapient. 16**Daniel. 5.*

fa-

Exortatio

facies eius immutata est, genua eius ad inuicem coli debantur, & compages renam eius dissolutæ sunt. O Iustitiæ potētia diuinæ (quæ superbos reges, sic conturbas, sic contremiscere facis) & Sanctus Propheta Daniel accersitus, sic interpretatus est. Manè, id est, numerauit Dominus Regnum tuum, & implebit illud. Thechel, id est, appensus est instatera, & inuentus est minus habens. Phares, id est, diuisum est Regnum tuum, & datum est Medis, & Persis. Numerauit Dominus, fratres, in illo tremendo iudicio, annos quos viximus, menses, dies, horas, & momenta vitæ nostræ. Nam scriptum est, & vocabit aduersum te tempus. Quia, vt Sanctus Bernardus explicat, omne tempus tibi impensum, requiretur à te, qualiter expensum. Infelices nos, quibus assuetum est dicere, confabulemur, donec transeat tempus, donec transeat hora. Hora, quæ data est nobis à gratia Saluatoris, ad consequendam peccatorum veniam, ad obtinendam gratiam, & impetrans

Glossa.

*S. Bernardus.
lib. de serm.
amor.*

trandam gloriam. Ita Sanctus Bernardus.

Numerabit etiam omnia peccata, & omnes peccatorum circumstantias, loci, temporis, & personarum, in quibus, & cum quibus Christum supremum iudicem viuorum, & mortuorum offendisti. Illa tam toties iterando. Thechel appendetur in statera diuinæ iustitiæ, dignitatis Episcopalis, & Sacerdotalis pōdus. Omnia enim opera appendentur, vt appareat cum quanta deuotione, & quali intentione fuerint facta. Et sequitur, & inuentus est minus habens. O quanti ibi apparebunt parum, vel nihil habentes! Qui in hac vita, in vanum acceperunt animam suam. Etiam sancta, & bona opera exami-
Lyr. ibi.
nabuntur, vt scriptum est scrutabor Hierusalem in lucernis. Quid tutum erit in Babilone, id est, peccatore, ait Sanctus Bernardus, quando in Hierusalem, id est, iusto manet scrutinium. Et iterum cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo, *Psalm. 74.*
id est, opera bona qualiter facta, quali fi-

Exortatio

*S. Vincent.
Ferr.*

ne, & quali intentione. Phares, id est, diuisum est Regnum tuum, & datum est, Medis, & Persis, quia corpus diuiditur ab anima, & corpus datur vermibus ad corrodedum, & anima demonibus ad torquendum.

Sapient. 6.

Durissimum iudicium his, qui presunt fiet, ait Salomon, & potentes potenter, tormenta patientur. Notate mysterium, vt Sanctus Vincentius ait: durum fiet paganis, quia qui non credit, iam iudicatus est. Durius Christianis, quia seruus sciens voluntatem Domini, & non faciens vapulabit multis. Durissimum Prælati, quia dum augentur dona, rationes etiam crescunt donorum, & potentes potenter tormenta patientur. Potentes vos estis, potentes in dignitate, maiores in auctoritate, sublimes in maiestate, & ad potentium maiora peccata, maiora tormenta reseruantur, & ad sublimium grauiora scelera, grauiora supplicia destinantur. Verè durissimum iudicium fit Prælati. Testatur Sanctus Vincentius Fer-

*S. Vincent.
Ferr. i. Pe-
tri, cap. 4.*

rer,

rer: nam tempestas quæstionum contra eos fit, quomodo intraverunt in ovile ovium. Si per ostium, scilicet, meriti, vel si ascenderunt aliunde, id est, favoribus, vel muneribus. Quomodo vixerunt, quot ex eorum negligentia sunt damnati. Quomodo publica peccata sustinuerunt, magis homines reuerentes, quàm Deum. Quomodo bona pauperum in suis vanitatibus, luxurijs, & cōmesationibus consumpserunt. Quis speret se esse saluandum? Si iustus viv saluabitur, peccator ubi parebit? Quid faciet virgula deserti, id est, peccator, quando sic contremiscit cedrus Paradisi, id est, iustus in Libano Ecclesiæ eleuatus. Verè Sanctus Chrysostronus exclamat, miror si aliquis rectorum possit saluari. Merito quidam in Dei iudicio particulari liberatus apprens in mundo prædicabat, si essem de numero Prælatorum, non essem de numero saluandorum. Hoc enim dicebat, quis multi Prælati, cum eo sunt iudicati, & finaliter condemnati.

S. Chrysostr.

Exortatio

*Exemplum
terribil.*

Ifai. 26.

Pfalm. 46.

s. Augst.

Ifai. 33.

Quid erit, fratres, si ratione facta: iudex dicat: tollatur impius, ne videat gloriam Dei? Quid si dicat tortoribus, mitte eum in tenebras exteriores, id est, extra ambitum iam diuinæ misericordiæ, vt Chrysoftomus notauit. Quia non tempus iam merendi, & clausa est ianua diuinæ misericordiæ, quid si detrudatur in tormenta eterna, in quibus laborabit in eternum, & viuet adhuc in finem. Nam teste Augustino, natura semper durat, vt sentiat, & flamma semper, vt cruciet. Quia iustitiatuſ, iustitia in eternum. Quid si à Regno Dei, & Sanctorum consortio separetur? Et vsque in eternum non videbit lumen. Quod omnibus tormentis grauissimum est, nam vt Augustinus ait: a vita Dei cadere, a Regno Dei exulare, a dulcedine Dei carere, Sanctorum gloria priuari, tam magna est poena, vt nulla ei tormenta valeant comparari. Quis ex vobis fratres habitabit cum igne deuorante? Aut quis ex vobis habitabit cum ardoribus sempiternis? O ignis deuorans!

O ardores sempiterni? Quam longè estis ab oculis mortalium, ardet in nobis ignis, avaritiæ ignis ambitionis, & luxuriæ.

Quoniam in cordibus nostris illius ignis *Psal. 106.* deuoratis memoriæ penitus extincta est.

Quis sapiens, & custodiet hæc, & intelliget misericordias Domini? Certè vir in- *Psal. 91.*

sapiens non cognoscet, & stultus non intelliget hæc. Intelligite ergo hæc, qui ob- *Psal. 7.*

liuiscimini Deum, ne quando rapiat, & non sit qui eripiat. Qui obliti estis mortis, iudicij, & inferni: intelligite hæc tam utilia, tam necessaria, ne quando rapiat mors, scilicet, quæ tanquam leo rugiens circuit nemini parcēs, Regū palatia, pauperum tuguria, æquo pulsans pede: & ante illud tremendum tribunal vos constituat, vbi non sit qui eripiat, quia iudex non parceret, nec Angelus orabit, nec iustus intercedet. Quis ita audiēs non expauescit? Quis ista legens non contremiscit? Horum consideratio Sanctorum corda, sic conturbabat, vt Sanctus Propheta Ieremias diceret: sedebam solus, quoniam

Ierem. 15.

Exortatio

Psal. 37. timore iudicij me replesti. Et *David* de se dicebat: dormiui conturbatus, & tota die contristatus ingrediebar, & cinerem *Psal. 103* tanquam panem comedebam, & potum meum, cum fletu miscebam a facie iræ indignationis tuę. Hęc omnia faciebam, *S. Hieron.* ait Sanctus Hieronymus, timens aduentum, & iudicium tuum. Quis hęc audiēs non dicat cum *Regio* Propheta remitte mihi, vt refrigerer, prius quam abeam, & amplius non ero, quis cum patientissimo *Iob* non clamet, nunc quid non paucitas dierum meorum finietur breui, nā a mane, vsque ad vesperam finies me. Ergo dimitte me, vt plangam paululum dolorem meum antequam vadam, & non reuertar ad terram tenebrosam, & operam mortis caligine, terram miserię, & tenebrarum, vbi vmbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.

Notate mirabilia in ista auctoritate terra tenebrosa, & tenebrarum operata caligine, dicitur mors. Quia cadauer in

sepulchro prosterni videmus, anima vero, si vel ad coelos ascēdat, vel descendat ad inferos nescimus. Vbi nullus ordo seruatur, quia boni cum malis, cum paruis magni, cum ignobilibus nobiles, diuites cum pauperibus, cum insipientibus sapientes, sine distinctione miscentur, sine ordine collocantur. Sempiternus horror. Qualis horror? Parentur nostrorum fratrum, & amicorum ossa, & caluarias

*S. Vincent.
Ferrer.*

videre, & qualis pudor, quam paruus timor in nobis, qui caluarias, & ossa citissime alijs similiter videnda portamus.

Dicitur etiam infernus regio, & terra

S. Gregor.

tenebrosa, quia licet sit ibi ignis, splendor ab ardore separatur, vox Domini, qui intercidentis flammam ignis, id est, separantis lucem ab ardore, ait Sanctus Basilius, vt grauius damnati crucientur. Et si ibi aliquando interdum lucet, ideo fit, vt se ipsos videntes grauius torqueantur.

Daniel. 11

Opertam mortis caligine, dicitur, propter carentiam visionis Beatificæ, quia vt dictum est, vsque in æternum non vide-

Psalms. 74.

bit

Exortatio

bit lumen, terram miseriæ dicitur, quia
ibi omne bonum deficit, & omne ma-
lum affluit, vt patet in diuite guttâ aquæ
petente, & nunquam illam consequente:
nam sicut dicitur de gloria, quod est sta-
tus omnium bonorum agregatione per-
fectus; ita e conuerso infernus est omniũ
malorum agregatione repletus. Terra
tenebrarum, id est, peccatorum, qui ma-
ledictiones, & blasphemias contra Deũ,
& Sanctos loquuntur, in cœlũ enim po-
suerunt os suum, & iterum in Sanctum
Sanctorum, id est, Christum loquentur.
Vbi vmbra mortis, propter tormenta,
quæ patiuntur. Nam in hac vita tormen-
tum graue occidit hominem, & conse-
quenter cessat. Ibi autem licet grauissi-
ma sunt, nō occidunt patientes: nam vo-
cabunt mortem, & mors fugiet ab eis,
ideò dicitur mors depascet eos. Quia si-
cut animalia herbas depascũt radice ma-
nente. Ita similiter mors depascet, eos
torquendo natura semper existente. Vbi
nullus ordo, in supplicijs ordo est, quia
di-

dicitur quantum glorificauit se, & in delictijs fuit, tantum date ei tormenti, & luctus. Sed dicitur nullus ordo in supplicijs; quia ab aquis niuium, transeunt ad calorem niuium. Quod est grauissimum tormentum propter contrariorum vehemētissimam actionem. Nullus ordo est in elementis. Quia in mundo terra est infra nos; in inferno autem est supra illos, a dextris, & a sinistris, quia in carcere tenebroso, vnde quaque clauduntur. Aqua nō extinguit ignem, vt scriptum est, nec ignis extinguit aquam, sed ignis in aqua ardebat. Aer nō illuminatur, quia similiter in Sacra Scriptura dicitur: Nee limpidissime flāmæ, id est, Sol, & stellæ illā horrendam noctē non poterunt illuminare. Sed sempiternus horror in habitare dicitur, propter horribiles visiones dæmonum, & sibillos tremendos draconum infernalium.

*Glossa.**Apecal. 18.**Sapient. 7.*

Hæc est, carissimi fratres, vera sapientia, summa, & vera prudentia, de qua dixi os meum loquetur sapientiam, & co-

Exortatio

gitatione cordis mei prudentiam. Nam teste Sancto Bernardo, hæc scire dixi sapientiam, & meditari prudentiam. Beatus ergo vir, qui inuenit sapientiã. Inuenisti planè sapientiam, pro sequitur Sanctus Doctor si prioris vitæ errata defleas, si huius mundi desiderabilia parui pendas, si æternæ vitæ premia toto desiderio concupiscas.

Ecclesiast. 7 Memorare ergo nouissima tua, & in eterno non peccabis. Quid horribilius morte?

*S. Bernar.
ser. 4. de nouissimis.*

ait idem Bernardus. Quid iudicio terribilius? Quid inferno intolerabilius potest excogitari? Time homo, quia in morte anima a corpore est separanda, & ab omnibus bonis huius mundi diuidenda, time quia in terribili iudicio præsentandus es illi, in cuius manus incidere horribile est. Et eo examinante, quem nihil latet, si in te inuenta fuerit iniquitas tollendus es, ne videas gloriam Dei. Time, quia in gehenna cum diabolo, & Angelis eius æternis es tormentis cruciandus. Si ergo vis frater mundum relinquere, Deum timere, Dominum non offendere, peccata

cata abhorrere, carnis lenocinia non
sectari, mortis horrorem, iudicij valdè
tremendum discrimen ardentis gehennæ
metum, ab oculis mentis nullatenus è
longari patiaris. Nam hic timor initium
est sapientiæ, hic timor Domini expellit
peccatum, & quia hic timor ab oculis
mortalium euauit, furtum, mēdaciū,
homicidium, & adulterium innundaue-
runt super terram. Et quia non est timor
Domini ante oculos eorum. Sequitur
omnes declinauerunt inutiles facti sunt,
corrupti sunt in suis peccatis, abomina-
biles facti sunt in suis conuersationibus
& quia non est respectus morti eorum,
vel quia non respexerunt in mortem, &
iudicium, ideo tenuit eos superbia, irreti-
uit auaritia, excoecauit luxuria. Attendi-
te ergo, fratres, quid estis super alios?
Quid estis secundum functionem in iun-
ctæ legationis, quia Angeli, pacis prop-
ter alios, *Dij*, & filij excelsi super alios.
Infra alios gregis Pastores, & vigiles ci-
uitatis cum alijs, mortales homines, ad
mor.

*Eccles. 7.**Offic. 4.**Epilog. An-
tor.*

Exortatio

in mortem, & iudicium festinantes. Attendite, quod erga Deum qui sic vos honoravit, sitis deuoti, erga Dominum, qui sic exaltauit, grati. Circa gregem vobis commissum vigiles Pastores, circa ciuitatem indefessi custodes, circa vos, peccatorum vestrorum rigidi punitores. Circa mortem, & iudicium continui meditatores. Circa gloriam, & infernum accerrimi contemplatores: quia si sic deuotos, gratos, vigiles, custodes, punitores, meditatores, & contemplatores in suo inuenierit aduentu Christus Iesus ad Beatorum gloriam vos adducet: quam omnibus nobis per suam sanctissimam Passionem, & omnium Sanctorum intercessionem largiri dignetur, qui cum Patre, & Spiritu Sancto uiuit, &c.

(. . .)

L A V S D E O.